xxiii. q. ii. ecce. Ex quo ergo apparent p  
bationes integre ex quibus concluditur  
peccatum non attenditur rigor uariati  
onis rerum ex quo fides tam facta i coraz  
iudice competenti non uacillat. ad hoc  
quod scribit Hastien. post. Inno. de ordi.  
cogni. cum dilectus ubi dicit qd in mate  
ria tangente periculum ammarum. proba  
tio semel liquida non attenditur qd uarie  
qd plus est persona non uariatur probatio  
nis effectum nec etiam uariatio ut agere  
di est attendenda. In talibus enim scilicet  
in materia peccati agitores sufficiunt p  
bationes et sufficit probationem face  
re integram secundum metam naturalis  
iuris de testi. in omni negotio nec pon  
deramus in hoc rigorositates posituas  
et cutes per re iudic. lator tenet et. c. con  
sanguinei. de testi. senes et. c. albericus  
et. c. cum in tua. Nulli autem dubium  
inter easdem personas licet aliud petere  
tur tunc et nunc aliud probationem testi  
um iuregetu fore plenam. Et p. hoc patz  
sufficiens responsum ex uariatione rei  
ad obiecta. Non obstante qd dicitur in  
primo narrationem modi agendi et proce  
dendi x. q. ii. ubi ita ut hic deducitur  
per unam replicationis. Item qd secun  
dum aliquos illa exceptio coram ecclesia  
stico iudice tractari potuerit ut excep  
tio summarie coram iudice ecclesiastico  
ut notat Innocen. qui fil. sunt legi. lator  
in spe. quarta parte sub rubrica de ordi.  
cogni. tamen in utrobisq. notatis possunt  
hoc agitari per unam principis petiti  
onis et plenarie litē contestata et tutius  
est ut ibi dicitur et sic fuit hic. non fuit  
ergo iudicium hoc summarium sed plena  
rium. Item si summarium fuisse ex  
quo probatio plene agitata est facte fide  
in plenario ut dicit But. in. l. ab hostibus  
§. sed quod simpliciter. x. item quero  
quid si in sumario. ff. ex quibus causis  
matoes. Ita dico et consulo ego Antho  
nius de butrio iuris utriusq. doctor.

xxxvii

#### De emphiteotico contractu

Eugus quidam de Calafinis  
cum Nicolao de Calafinis  
quasdam possessiones habentes  
comunes que emphiteoti  
ce erant et in emphiteotico tentis a qua  
dam ecclesia diuiserunt et in assignatio  
nem fuerunt cum certo onere assignate  
insolidum Nicolao quod onus ad plenus  
non fuit exolutum nec adimpletum per  
dictam Nicolao. Debat enim solue  
re dotem pro quibusdam soronibus dic  
ti Leugi que solute nondum fuerunt cui  
nondum tempus nubilis etatis uenisset.  
nec casus deducit eas solui debere aut  
fuisse solutas. tandem aliquo transacto  
tempore dicti contrahentes resiliuerunt a  
contractu predicto cum concordia.  
Queritur an quia dicta diuisio fuit fac  
ta inconsulta ecclesia dicti sic diuidetes  
cecidissent in commissum Sed dato qd ceci  
derunt An recedendo a contractu pena  
commissi euitauerunt.

Hesu christi et matris eius  
gloriosissime nominibus inuo  
catis V. i. s. o. p. u. n. c. t. o. et instru  
mento diuisionis absq. allega  
tionum discursu longo. Primo aspectu  
uidetur in hac diuisione habentes bona  
emphiteotica comunia diuidendo cecidisse  
seu commissum. quia diuisio in se habet  
alienationem cuiuslibet in qualibet gle  
be terre partem habeat. Ideo integre par  
tis assignatio habet in se permutationes  
qui alienationis contractus est. c. et. ff.  
de rerum permut. l. i. et. ii. l. coheredes. §.  
penulti. ff. famil. heret. et. l. familie. e. et  
et notatur in l. qui rome. §. duo fratres  
ff. de uerbo obli. Alienatio autem que  
bet emphiteotice rei domino inconsulto  
est inhibita ergo. c. de iure emphit. l. fi.  
de loca. c. potuit maxime quia hic inter  
uenit totius partis assignatio cum onere  
certo. In oppositum est ueritas. Tum

41  
quia iste contractus attentata forma fuit  
fuit diuisionis et nichil fuit diuisum sed  
solum ex parte unius alteri assignata  
pars possessionum cum onere et unde co  
tractus non habuit substantialia sua cuius  
diuisio comprehendat in se assignatio  
nem rerum hinc inde deficientibus ergo  
substantialibus contractus fuit nullus in  
sti. de emp. et uendi. §. precium. Item  
ex qua assignatio portionis fit consorti  
et consortio in emphiteosi alienans non  
cadit in commissum. quia lex ab extraneo  
cogitasse uidetur. l. uoluntas. e. de fidei  
com. ff. et ibi Guil. de suza. l. cum pater  
§. quiddecim dele. iii. et ibi bar. et est ex  
pressum de probi. alie. p. heu. e. imperiales  
§. preterea ad hec quia cum emphiteote  
pars fuit conditionis cessat interesse ec  
clesie. c. de impo. lucr. descript. l. i. h. x.

Item quia alienatur in recognoscen  
dominum i. dominu. si. i. pariter emphiteo  
ta. Et hoc tenet lo. an. in addi. sp. i. tr.  
de loca. §. nunc aliqua. x. lxxii. Bar. fir  
mit in l. cum bis. §. si uerum. ff. de tras  
act. et. l. qui rome. §. duo fratres. de uer  
bo obli. in. x. q. iii. et ideo ubi Guil. de  
como. et bar. ff. de condi. fur. hoc iuuat  
quia non apparet hic ex instrumeto rem  
traditam ergo non fuit perfecta aliena  
tio ff. de p. d. b. l. traditionibus ad hec  
quod scribit specu. tr. de loca. §. nunc ali  
qua. x. Sed posito qd cecidissent die  
ut dicitur supra in tertio proximo consi  
lio q. i. in secunda linea incipit de iure  
absq. longa allegatione.

xxxviii

Hesu xpi et matris eius gio  
rosissime nominibus inuoca  
tis quia maior pars quesito  
rum dubitatione earent re  
spon. solo succedente absq. allegationum  
conflictu si iura sunt que proponuntur  
q. tota dos peruenit ad Iacobum uel  
in studio uel in festo nuptiali plane uxor  
rem in quantum et p. quota etiam heres  
repelli ex petitione dotis ab Anthano  
patre descripta in testamento ut euz reo  
debendi. quia quod petit uxor Iacobi. re

Statuta esset ut heres Jacobi uel manda-  
ti uel pro socio prout presente uel absen-  
te Jacobo interessisse censetur Antho-  
nius quo ad Jacobum correum ex causa  
non lucratua inuicem fideiubere uidean-  
tur pro tota et rata que peruenit ad cor-  
reum ut notatur in l. i. uir uxori et in l. i. u-  
la. ff. ad uelle. per bar. plene in l. reos. ff.  
de duobus reis. Et tangitur in l. i. e. de  
duobus reis. quicquid ibi senserit Cuius  
Mulieri ergo agenti pro rata qua heres  
est obstat exceptio dolo facis. ff. de ex-  
cep. doli. l. dolo. quum non conuentus a  
creditoribus possit opponere exceptionem  
excussionis. Correi ad quem peruenit pa-  
cina. et consequenter contra uxorem  
in quantum heres est. l. unde queritur. ff.  
de uis. et scribit bar. in l. duobus. §. i. de  
duobus reis in. vii. q. Et ergo agenti ob-  
stat exceptio Non obstat si dicatur pa-  
trem ex auctore iam nupterat ad studium  
obligari ad manumittendum filium in stu-  
dio a uita hoc non est uerum ut notatur  
in §. neq. castrense. et. l. i. ff. de colla. bo-  
noz. ubi hec concludit bar. in ultima que-  
stione Item ex quo habet aliunde bona  
filius pater potius de bonis filii quam propriis  
expensam facere censetur maxime quan-  
do pecunia peruenit ad eum occasione fi-  
lii. que in specie causa studii consumpta  
est. ff. de nego. gest. l. uersemus et quod  
ibi notatur et non in l. alleg. §. neq. cas-  
trense per bar. Non obstat etiam quod pater fece-  
rit expensas nuptiales quas facere debet  
de suo auctore hoc etiam negat quia nullibi cau-  
tum reperitur Immo contrarium appa-  
ret in l. i. m. §. ff. de mune. et hone. et  
scribit bar. in d. §. neq. castrense nec ob-  
stat. l. i. ff. de dot. promiss. quia ibi in do-  
te et donatione propter nuptias non in festo  
nuptialium absque quo potest esse matrimo-  
nium Ad secundum quesitum de Gu-  
landa et frangabe si ut proponitur dona-  
tio fuit talium et in hoc constat quod dona-  
re uoluerit hec spectant ad mulierem. l.  
cum te et. l. si mater. e. de donat. ante  
nup. Non obstat quod scribit bar. in l. i.  
si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. et pu-  
pil. quia loquitur in donatione in festo iam  
contracto matrimonio In dubio autem

data uidetur si non constat quod donare uo-  
luerit ut ornator ueritat ad uirum. ff. co-  
mo. l. si ut certo. §. interdum et ibi bar.  
unde in comoda data possunt per patrem re-  
peti quum in eadem a patre repeti possent  
talia ornamenta etiam data in festo nup-  
tiali. l. mortis sue causa. §. ff. de dona-  
tione. inter uirum et uxorem et. l. id uestimen-  
tum. e. de pecu. et scribit hoc bar. in dic-  
to. §. neq. castrense Ad tertium dubium  
in officio non potest dici testamentum  
ex quo preponitur filii instituti in ali-  
qua parte sed Sed agere potest auctore uel  
legitimus administrator filiorum si sunt  
nati ante emancipationem quia remittunt  
in potestatem auctoris ad supplementum legi-  
timum. ut. l. sanctimus et. l. omnino. e. de  
inoffi. testa. l. i. e. de bo. mater. l. cum o-  
portet. §. non autem. e. de bo. que libe-  
l. liberum. ff. de adop. secus si post eman-  
cipationem sint concepti. ff. de adop. i.  
quem filius. ff. si tabu. ex testa. nulle. ex-  
ta. l. si quis ex eis in fi. principi Ad  
quartum dubium quam uaria scribunt  
glo. et doct. in l. que pater famil. heredi-  
et. in l. si licet in sacris. e. de colla. ubi  
Cuius Mulieri tamen dixerunt talia non  
uideri donata uel si donata censenda erant  
sed quicquid sit de hoc de quo etiam ple-  
ne per bar. in d. §. neq. castrense puto nos  
esse extra dubia illorum de quorum die-  
ta procedunt quando constat uel presu-  
mitur patrem donasse uel donare uoluisse  
se. quia antecedat talis donatio in peculio  
aduentitium uel castrense uel quasi uel  
profectitium. an in simplicem donationem  
que nulla est inter patrem et filium pro-  
cedunt dubia predicta Sed hic ex pluri-  
bus coniecturamus non donandi animus.  
et primo ex excessu quantitatis. quia non  
est uerisimile patrem tantam uoluisse in-  
equalitatem inter filios quos eque ueri-  
similiter diligit. immo ut docet experien-  
tia plus minores quam maiores Secundo ex  
eo quia ad rationem intulit impensarum  
et descripsit ad codicem rationum. ff. de  
nego. gest. l. uersemus appolinaris Ter-  
tio quia licet postea uiuens pater in tes-  
tamento declarauit in talibus qualis fue-  
rit animus. cui soli sibi credendum est. ead.

de eius exquiratur consuetudo et si dicatur  
declaratio hoc exposit factio iure iuris filio  
questio non nocet filio Dico non esse quod  
sicut firmiter Sed dubium est ad quod  
tex. in l. uxori. §. ff. deleg. qui in  
patre filius qui ad hoc est bonus tex. et ibi  
bar. Item si hoc factum fuisse ante  
dotationem. cum secundum opinionem  
bar. non transiisset in castrense uel qua-  
si peculio. et consequenter potuisset re-  
uocari ut dicit in dicto. §. nec castrense  
et in dicta. l. filie. Item eorum in stu-  
dio pater non emit nomine filii libros sed  
mittit pecuniam. et filius emit ita quod de-  
uentum est ad traditionem quo casu ad  
huc cessat coniectura donandi. quia tunc  
donare presumitur quando primo no-  
mine filii emit. secundo tradit secus si sim-  
pliciter tradit. quia potius in peculio tra-  
dere censetur ut notatur in dicto. §. ne-  
q. castrense Et si dicatur causa studii quod  
tendit in finem militie uel quasi militie  
coniecturatur animum donandi Dico illa  
ratio ad codicem expensarum hanc tollit  
presumptionem et quantitate excessus  
ut est dictum Ad ultimum dubium si  
alia non subest probatio uel presumptio  
quod fuerit ex quasi castrensi peculio. sed  
solum sit fundamentum super sola con-  
fessione non sufficeret per. l. castrense.  
et. l. si forte. ff. de castren. pecu. et quod  
notatur. e. de colla. l. si donatione et ga-  
confessione ad commodum alius incapacis  
non statuit. quia presumitur fidei fac-  
ta ut ibi. et. l. cum quis decessens. §. tertia  
deleg. in.

xxviii

In nomine ihesu xpi In qua  
stione ista uaria sunt scripta  
scribentium et consulta con-  
sulentium. et pridie pro hoc  
requiritur ut scriberem desisti. quia me-  
hil michi dabatur otr. Premitto regulam  
antiquam que est quod adinstar successoris  
intestatiolum mensurabatur legitima in  
quantitate et quotitate erat quarta. l.  
papianus. §. quoniam autem de inoffi.

testa. e. eodem. l. cum queritur et. l. pa-  
parentibus et. l. qui nuper. in l. de mot-  
fi. testa. §. ff. de trien. et semis. §. i. col-  
m. Ius autem supradicti. §. i. de trien. et  
semis. in mo. mensurandi l. ita nihil minu-  
tat. sed se habet ad antiquum ius quar-  
tam tantummodo augmentando in nume-  
ro quatuor filiorum aut in dando trien-  
tem in numero. uel ultra dando semis.  
se ex quo dicitur quod id est quod adinstar sue-  
cessionis intestati e. uig. in. uel infra da-  
re tertiam eius quod habebatur foret ab in-  
testato et quinq. uel ultra cuique dare di-  
midium eius quod habebatur fuisse ab  
intestato Secundo premitto fundamen-  
tum cause alterationis quotitate legiti-  
me ex diuersitate numeri liberorum non  
enim adeo longum quam intensibile fuit  
si inter plures diuidatur et ne pauperes  
sint sibi ex plurium concursu qui uiuen-  
te patre idonei extiterunt uerba ad lit-  
teram tex. sunt ibi in dicto. §. i. quod de-  
clarat et ibi glo. in uerbo obstantium. ex  
quo sumo pro regula ex uariatione lit-  
tere quod causa augmenti de quatuor et in-  
fra quatuor est effectus plurium quatuor  
concursum ad legitimam que si in quinq.  
uel ultra est ex quo diuisa tries per singulos  
propter plurium concursus ad minimum  
reducet. ne hoc ergo contingat auget  
ad semisem concursus ergo inefficax hi-  
berorum. quia totum non habuit legiti-  
mam pro eo toto aut pro ea rata quia de-  
ficit causa augmentandi in eo toto. aut  
si ea rata deficere debet semis augmentum  
per locum a causa deficiente et totus  
ad partem Nunc autem uidendum  
est statutum et si excludat quintam et  
sextam feminam que femine sunt in nu-  
mero liberorum in casu nostro attenda-  
successione intestati Illa pars est uera.  
quia hec nihil habent legitime in nichil  
concurrunt efficaciter cum filius ad legiti-  
timam quia nihil diminuit nihil et au-  
gent quotitate. non enim computantur  
in numero que sunt steriles illo respectu  
quo numerus consideratur de elect. cle-  
quod circa et quia pro mortuis habentur ut  
in uerbis uulgariibus. et tunc pro quatuor  
et non sterilibus portio determinaretur

et sic foret triens Siquid nero habet suc-  
cessiones intestati ex statuto quia neces-  
sario ibi confusam habent legitimam  
tunc si minuta est aliquo ga in toto non  
concurrunt cum quatuor et concursus e-  
causa augmentandi pro rata ergo ga non  
concurrunt non augent et quantum mi-  
nus detrahunt tantum est de semisse da-  
trahendum et corpori hereditatis applica-  
dum difficultas ergo dubitans depen-  
det a preferentia dotis quam facit sta-  
tutum quo iure preferretur an totum le-  
gitima an totum ut successio intestati  
in ea confusa legitima an totum ut pri-  
us patrimonium collatum a statuto sep-  
aratum a legitima et successione intestati  
Et ab isto ruulo surgunt uacillationes  
et uarietates consiliorum hinc et inde  
concurrunt dotem capi non iure intes-  
tati non iure legitime sed ut proprium  
quoddam extrinsecum patrimonium tuz  
quia non defertur ut quia hereditatis  
quod proprium est successione intesta-  
ti et legitime tum quia dos est pprium  
patrimonium ab hereditate alienum quod  
ab exhereditate debetur ut l. unica. s.  
uideamus de rei ux. acti. ad quod l. pa-  
ter ad l. fal. de colla. do. l. si quod satis  
colorem habere uidetur in dote patre ui-  
uente quia habet consolidationis ius in  
filiam de iure etiam fouente statuto et  
per prius a iure unde successione iure ca-  
pere non uidetur cum capiat a principio  
causato in uita morte solidato Nec ob-  
stat quod computet in legitimam quia hec  
fauore testamenti ne rumpatur quoniam  
de illius agitur ruptura l. quoniam nouel-  
la ad finem. e. de inoff. testamento  
Alii quod totam dotem capiunt loco legit-  
ime quibus fauent dicta Cui. in l. sancti-  
mus. e. de nup. et bar. in l. ticio. s. ticio  
genero. ff. de condi. inde. Alii quod totum  
ut successione capiunt intestati in qua  
confusa est legitima et hoc alias consilium

Nunc autem maturus etate operan-  
te hoc uidentium Aduertendum est quod  
statutum duos casus declarat Primo de  
dote data in uita a defuncto secundo de  
danda et in utroque uniuersaliter eos ex-  
cludit a successione intestati ibi nulla mu-

ter possit ab intestato succedere et ibi  
nihil de bonis ipsius de cuius hereditate  
ageretur ab intestato 2<sup>o</sup> Si statutum  
excludat eos ex toto a successione intes-  
tati et preferuat dotes alio preferuat iu-  
re quasi successione intestati hoc seruat  
quia dos consolidata non capitur iure suc-  
cessione intestati Sed quia diuideretur  
et non diuiditur sed confertur et tam de  
iure ergo alio iure capitur ut de colla. do.  
per totum. l. ut liberis. et l. filie. e. ad col-  
lat. Si aliquo respectu capiat illam in bo-  
nis patris et iure legitime facit quia in ea  
potest institui et ut instituta in prouenien-  
tibus a patre non rumpit testamentum  
ut non in aliquo instituta ut notatur in  
l. ut si sed utrum. ff. de mino. et non in l.  
quomam nouella quia et illam computat  
in quartam partem in dote data post mor-  
tem eius de cuius bonis agitur totam de-  
bet ex testamento iure intestati et in  
eam fore confusam legitimam quia eam  
excludendo a successione intestati pre-  
feruat dotem ergo exceptio dotis fit a  
iure a qua excluditur ne exceptio diuersa  
sit a materia a qua fit exceptio et quia  
ex quo antiqua iura corriguntur in eo quod non  
mutatur remanet et preferuatum potest  
us attrahi debet ad antiquam causam quod  
ad nouam et potius illam sapere naturas  
ff. de fide. l. tutor. et quia res facilius  
attrahitur ad antiquam naturam ut l. si  
uini. ff. de pactis. nec totum credo habe-  
re ut legitimam cum non a legitima tan-  
tum sed a successione excludat et quia  
hic tota est successio intestati ergo non  
est legitima que ab illo deriuatur et men-  
suratur ut dixi et in minus se habet. De  
dotata autem in uita magis est excitan-  
dum quia illud habet ius consolidati iuris  
et licet de iure capiat ut de bonis defunc-  
ti in actu mortis non capiat illud iure suc-  
cessione intestati ex dispositione iuris  
Nec hic in dubio corrigi statutum sed  
credo quod addat ut in loco successione a  
quo filiam excludit surrogetur dos data  
cum iure consolidatioms et sic non fit pro-  
pria intestati successio et loco successio-  
nis intestati in quo confusa est legitima  
Ad propositum ergo concludo dote

quo ad mulieres fore successione intel-  
tati et dimidium dotis fore legitimam  
que in eis debet esse dimidia quia sunt ad  
uiam ultra quatuor nec refert quod om-  
nia capiant per modum quote quia que  
quid capiunt surrogat loco successio-  
nis intestati etiam si minimum tantum  
caperent et sufficit quotitatem fore re-  
ducibilem quo ad quotas Aut ergo am-  
be mulieres duo ultra quatuor in duabus  
dimidus dotum tantum habent quod alie  
dant ad ratam quante semissis totius he-  
reditatis et hec saltem due pro uno filio  
ultra quatuor concurrunt totum ergo e-  
legitima Unde masculi habere debent  
de corpore hereditatis quatuor partes  
semissis uel reliquam quintam habuerunt  
sorores aut dimidus dotum mulierum  
non ascendunt ad quintas semissis et pro  
eo rata qua non concurrunt pro ea non au-  
gent quia cessat augmenti causa ex ratio-  
ne littere diuidatur exempli gratia to-  
ta hereditas in Quadraginta uncias se-  
missis e. xx. d. xx. diuidendo iter quinque  
ponendo ambas filias pro uno quatuor  
uncie attribuentur eunc Pone quod medie-  
tas dotum filiarum ascendat ad duas ter-  
tium ite concurrente cum filiis non di-  
minuat semissem pro rata duarum et  
in illis steriles sunt non impugnet er-  
go de toto illo cumulo masculorum  
detrahuntur due uncie detrahendo pro ra-  
ta cuiuslibet portione et due iste applice  
hereditati restituende reliquum quod re-  
manet e filiorum legitima et sic satis-  
fit menti legis et statuti Non obstat  
si dicatur in fauorem filiorum excludun-  
tur femine non retorquendum ergo ad  
lesionem uel diminutionem legitime fili-  
orum quia hoc fit ex necessaria consequen-  
tia gesti in fauorem filiorum quia si cau-  
sa augmenti est concursus non sterilis fili-  
arum eo cessante cessat augmentum ad  
ratam quando enim ex consequentia et  
connextate fauoris sequitur odium fa-  
uore introductum non debet retorqueri  
ad odium ut notatur in regula quod ob-  
gratiam de regu. iuris li. vi. et l. quod fa-  
uore. e. de legi. Hec uera quando legitime  
diminutio contingit circa quantum filium

43  
uel etiam totalis exclusio uel tante non  
sunt portiones illorum qui sunt ultra  
quatuor quod ascendunt ad quantum semis-  
sem Sed si contigerit diminutio ne ex-  
clusio sexti uel septimi uel octaui rema-  
nente quinto integro non minueret se-  
missam stante quinto integro quia inte-  
grum non sterilem habemus numerum a  
lege cassatum ut dicit glo. que notabiliter  
hoc decedit in auten. de trient. et se-  
miss. s. i. in uerbo octantium et idem  
si tot superessent ultra quatuor qui et  
iam ad minimas admitterentur quibus  
coeternatis occurrerent ad etatem quin-  
te semissis quia semper uiuit Ratio au-  
tem de trient. et semiss. Et hec sufficiat  
Laus xpo sit Ita uidetur michi Antho-  
nio de butrio utriusque iuris doctori.

xi.

Statuto ciuitatis populi a iu-  
re laicali firmato cauetur quod  
de quibuscunque pijs legatis  
atque fideicommissis alicui per-

sona uel loco pro anima relicto et de qui-  
buscunque hereditatibus alicui persone  
uel loco pro uel pro anima delatis sol-  
uantur fabrica alicuius ecclesie solidi duo  
bononico pro libra monete qualibet cui  
uilibet legati facti et fideicommissi et  
ualoris cuiuslibet hereditatis sic delate  
et intelligatur esse pro anima relicto  
ubi non relinquatur uel legatur alicui at-  
tinenti testatoris uel taliter legantis  
Queritur an ex hoc debeantur dictae fa-  
brice dicti duo solidi pro libra in casu pre-  
senti uel non.

Nomine ihesu xpi nulla  
est dubitatio quod statutum  
non astringit ecclesiam xxvi  
de hi. qd. de const. que in  
ecclesiarum et ecclesia de reb. eccle-  
non alienandis. e. si de immuitate eccle-  
siarum per totum. Et si non astringeret  
statutum in specie nec in genere ad ec-  
clesiam extenditur quia statutus restrin-

gitur ad metas potestatis statuentis ut  
c. a nobis de senten. exco. ut animarum  
§. statuto de consti. li. vi. quicquid sen  
serit bar. in l. cunctos populos. e. de sum  
ma trinitate et fide catholica. qui etiam  
in tali causa decidit pro hac parte cum de  
trahen. de relictis sit circa ea in quibus ec  
clesia privilegiata est et sic eius immuni  
tatem uiolare. Et sic concludit Io. an. et  
am in statuto in genere loquente de im  
munitate ecclesiarum. c. fi. li. vi. quum  
mo compellere posset iudex ecclesiasti  
cus laicos ad declarandum statuta non  
comprehendere ecclesiam ut ibi notat.  
Idem concludit solenniter Lopus sua al  
legatione. xxi. Fredericus de Sens suo  
consilio. lxxvii. ad hoc quod nō. Io. mo.  
de consti. ut animarum. per que patet  
hospitalia si habent ecclesiam non ligari  
quinimmo nec hospitalia non habentia  
ecclesiam dum tamen sint publica et auc  
toritate episcopi constituta. quia sunt  
sub potestate episcopi. in auten. de sanc.  
epi. §. iconomos colla. ix. et exempta ut  
ecclesia a potestate seculari de repositis  
domibus de synodibus et gaudent eccle  
siasticis privilegiis in auten. hoc ius porre  
ctum. e. de sacrosanc. eccle. x. q. ii. hoc  
ius ad hoc clem. quia contingit de reli  
giosis domibus quod notat Innocen. de  
donat. inter dilectos. ad hoc quod nō.  
Hostien. in summa de regularibus. §. i. x.  
quid de rusticis. Hinc est quod talia hospi  
talia gaudent immunitate ecclesiastica  
ut notatur de censu. auctoritate. Hinc ē  
quod Lopus abb. tenuit in hospitalibus non  
esse locum missioni sicut in ecclesiis. ad  
hoc quod notat Guill. in specu. de statu  
mona. x. xxxvi. ubi dicit relictos etiam  
hospitalium de auctoritate etiam episco  
pi constitutorum gaudere privilegiis ec  
clesiasticis immo etiam privilegiis canonicis  
si quis suadente dummodo habitum mu  
tauerint secularem. ad hoc quod nō. Guil.  
in spec. in ti. de sta. mona. §. i. x. quid si  
restitutus. Hinc est quod loca pia gaudent  
in ecclesia privilegiis ecclesiasticis quo  
ad restitutionem in integrum. ut notat  
in. c. ii. de restitutione in integrum. li. vi.  
per Io. an. Talia enim equiparantur de

testi. requisiti. de consue. c. ii. Hec con  
firmat solenniter aduocatus domus La  
pus de Castilano in suo tractatu hospi  
tali in. xi. et. xii. questionibus. Ex qui  
bus concludo talium hospitalium statu  
ta non extendi ad ecclesiam uel hospitale  
publicum ut supra dixi et si secus per ab  
usum seruatam extitit ab ecclesia cassa  
da est consuetudo cui dominus hodie et  
uitatis Bonon. regimnis antiquum rem  
tegrauit exercitium ad talia corrigenda  
de consue. c. i. de consti. c. que in eccle  
siatum et. c. cu. inter. Nec obstat quod hoc  
deprestat usum etiam pio quia non est al  
tare disceptandum ad alterum uel  
endum. Et quia quantumcumque hoc utile  
foret ecclesie statutum non alitringit  
ecclesiam. ut dicto. c. ecclesia et dicto. c.  
bene quidem et notatur de iudi. nouit.  
de sol. it. c. finali. x. di. lege cum similibus.  
Sic michi Anthonio de butrio utriusque  
iuris doctori usum est.

xli

Nō nomine Ihesu xpi Satis  
puto etiam dato quod esset ual  
da confessio clericū si alter  
non renuntiauit habere ex  
emptionem excussionis principalis ad  
que peruenit pecunia licet principaliter  
se obligauerit per notata in l. reos et. in  
l. in duobus. §. i. Item ut miles habeat  
privilegium ne conueniatur nisi inquantū  
facere potest si nichil appareat per quod  
illa renuntiasse censetur cui forte etiam  
renuntiare non posset. quia in favore pri  
uilegi et ordinis clericali. de foro com  
petenti si diligenti quod nō dectdo. quia  
de hoc non queritur. Item quia hic capi  
non potest pro debito mere cuius ut be  
ne est superius allegatum. Ideo subscrip  
si ego Anthonus de butrio utriusque iu  
ris doctor et sigillauit.

xlii

Nō nomine Ihesu xpi ac ma  
tris eius gloriosissime nomi  
nibus inuocatis. Visis punc  
to et questis predictis que

44  
fio ista reducit ad duo dubia tantum  
Primum est super ualiditate statuti se  
cui dum super eius non usu. Circa pri  
mum dubium facit quia supposita scien  
tia privilegii apostolici quo studentibus  
datur integra reddituum beneficiorum  
perceptio fructus redacti sunt ad coti  
dianas distributiones. Nam uidetur hoc  
solo statutum non impediti quia eius sta  
tuant in ordine potestatis que legata nō  
proponitur ex aliquo decreto in priuile  
gio apposita uel quod agitur quod priu  
legio preiudicium conferri contingit. de  
preben. dilectus et. c. inter cetera cum si  
milibus maxime quia omnem fraudem  
excludere uidetur fauor augmenti cul  
tus diuini in quem statuti mens ordina  
tur. Contrarium puto uerum de iure. quia  
fraude supposita non debet esse in pote  
state inferioris uires privilegii absolueri  
uel cludere de renun. c. ii. li. vi. de priu  
ilegiis quanto cum materia. Hinc est quod  
fraudulenta sumptio beneficii in fraude  
iuris expectantis non preiudicat expec  
tanti ut notat glo. de rescriptis litteras  
in x. b. statumimus. x. nec ponderandum  
Item ex hoc aperta esset uia ad frau  
danda et euacuanda privilegia studii con  
tra pape intentum. facile enim foret ex  
statutis omnes redditus reducere ad co  
tidianas distributiones. Talibus autem  
signantibus uia excludenda est de diuor.  
quanto. fraudem autem ex pluribus conclu  
ditur que iudicis probatur. l. dolum. e.  
de dolo. Primo ex nouitate statuti con  
tra antiquam ecclesie consuetudinem nō  
apparente causa noua euidenti contra  
quam iura presumunt et in rebus no  
uis agendis. ff. de consti. prinsep. l. fi.  
ad hoc de consti. cum omnes cum accessi  
siont et. c. cum. M. Secundo ex modica  
perseuerantia usque statuti. Sepe enim ex  
his que in breui secuta sunt in preterito  
presumimus. xxxi. q. i. si quis. l. di. si qua  
femina de elec. officii. l. uettus. §. eorum  
ff. de priuile. credi. xxxii. q. i. c. de  
adult. si qui. in auten. de resti. et ea que  
parit. §. unum quidem cum similibus.  
Tercio quia ut proponitur uerbo canonici  
cui nō utatur statuta nisi quando sūt stu

dentibus actibus in ecclesia ex quo colligitur  
aperta causa statuti quamq. alia fringatur  
hoc totum erit in necem privilegii pape  
et eius usus. Quarto colligitur fraus eo  
quod redditus quos deputant ad cotidia  
nas distributiones inter se diuidendas ca  
pitulo principaliter statuenti. et sic sub  
uelamine augmenti cultus diuini propria  
nutriunt et priuam utilitatem. de con  
stiti. cū omnes et. c. ex parte quod et. for  
te cessante fraude facere non poterant.  
quia cum hoc redditus alius auferant. sta  
tuendo etiam causa subsistēte ad como  
dum proprium consentire non possunt  
etiam auctorizanti in proprio negocio.  
ut in clem. si una. de rebus eccle. non  
alienandis. ad hoc quod notatur de con  
stiti. cum accessissent et quod notat. Io.  
an. in addi. spec. in ti. de rebus que fiunt a  
prelatis sine consensu capituli ubi decia  
rat clem. illam. Quinto fraus colligitur  
eo quod data scientia statuti excitati sunt  
in statuendo. scientiam enim facit pre  
sumere fraudem pendente iure in cui  
us necem aliquid agitur de preben. memi  
nimus. et. c. suggestum de resti. spo. audi  
ta de rescript. constitutus cum similibus.  
Sexto presumitur ex non modica red  
dituum deputatione ad cotidianas dis  
tributiones contra communem stylum ec  
clesiarum maxime pendente alterius iure  
cui preiudicatur in privilegio pape. nam  
si debitor non modica alienat pendenti  
bus creditoribus in fraudem factum pre  
sumitur. ff. de his que in frau. credi.  
l. iustus. et dicit lex quod si filius cui legata  
est optio. xx. creditorum cui patris tes  
tamenti concessa est bonorum administra  
tio in uita magnam partem bonorum pa  
tris contra solitam patris consuetudi  
nem reduxerit ad credita presumitur  
in fraudem fecisse ut suum ampliet lega  
tum ut est casus qui hanc questionem de  
cidere uidetur in l. nomen. §. filio. ff. de  
leg. iii. quinimmo sola pendencia priuile  
gi cui derogatur fraudem presumitur  
sic per lentibus creditoribus dotis aug  
mentum in fraudem presumitur. in au  
ten. de equali. do. §. aliud quoque colla. vii  
sic pendentiibus filius dos et donatio in

quantum in debito derogat filiis in frau-  
dem presumitur. de. de. mo. donat. per  
totum et in uenditione bonorum de  
esta. ramaldus notatur in. l. ticia. §. im-  
perator deleg. ii. Sic in alienatione facta  
a liberto uiuente debito patrono. l. si. si  
quid in fraude patro. Nec dicatur frau-  
dem excludi pium augmentum diuini  
cultus quia talia presumunt simulata  
ex quo illa annexa est prima utilitas et  
tertiū preiudicium quod alia uia exclu-  
si facile non posset aliter q̄ statuēdo sit maxi-  
me autem apparet altero capite utilita-  
tem publicam excludi. si. quia scientiam re-  
pellunt a deo ergo repellendi et a iudican-  
tibus in statuto lesio dei scientiam enim  
a te repulisti. 22. In scientia enim clerico-  
rum publica utilitas ecclesie uertitur qui-  
bus per maxime noscitur indigere et ex  
repulsione eius grauissima damna ac an-  
imarum pericula proueniunt. de elec. cum  
ex. eo. l. vi. et hoc in euidenti illo dubio  
et contra antiquum statutum non data  
euidenti necessitate. cum ergo nulla eui-  
dens datur alia nota necessitas sic nouit  
ter statuendo stante pendencia priuile-  
gii cui quo ad uerba feruntur ex toto uel  
magna parte mente euacuata hoc statue-  
re non fundatur super utilitate ecclesie  
Si color datur augmentandi cultus diuini  
i coram utilitas priuata nutritur et utina  
non quidam latens inuidia ut ad quod  
se utiles reddere uolunt aut non possunt  
impatenter ferant alios ad scientie do-  
nam peruenire nisi detrahatur alteri  
us dono scientie quod uicium et leges dā-  
nāt ut. l. fusia. insti. de. fau. ca. toll. per  
totum ad hoc dictum Hostien. de clerico.  
non residentibus ubi concludit q̄ contra  
antiquam consuetudinem statutum fac-  
tum ad exclusionem non residentium nō  
ualet quāq̄ nutritre publicam uideatur  
utilitatem in quantum applicantur reddi-  
tus ad proprios usus et sic adest mixtu-  
ra priuata utilitatis ad quod tex. de con-  
stit. cum omnes et quod ibi notatur.  
Satis ergo est de primo Ex his concludit  
tur ad secundum q̄ etiam data ualiditate  
statuti illud reuocandum foret in qua-  
tum detrahit publice utilitati studentium

In quantum uero detrahit superioris po-  
testati in quantum etiam priuata nutrit  
utilitatem in quantum non apparet noua  
utilitas statutum contra antiquam con-  
stitutionem seu consuetudinem faciēdit  
in quantum tot presumptionibus fraudis  
leditur et Anglie constituntur ex quibus  
apparet causa q̄ ex toto utile est eccle-  
sie uel saltem indifferens quia et si una  
parte nutritre uideatur in alia destruit  
non usu tolli potest etiam nulla alia expe-  
ctata presumptione per scripta Innoc. in  
e. accedentibus de. priuileg. de. constit. u.  
sum accessissent per. C. in. l. falso. d.  
diuersis rescriptis et q̄ non ex toto pu-  
blicam nutrunt declarat non usus statu-  
ti. Item saltem in quantum statutum  
nutrit priuata utilitatem quia inter se  
distribuant quo facto potuerunt renun-  
tate statuto. de. constit. cum. accessiss.  
ent et notatur in. c. preallegato acceden-  
tibus per Innocen. remanebunt ergo red-  
ditus ut prius maxime quia reintegrā-  
tes ad antiquum statutum et tollitur p̄  
iudicium textu quibus iura fauent. xxxv.  
di. ab exordio. ff. de. pact. si. unus. §. pac-  
tus. q̄ in. m. i. forte ex quo sunt iudicia sta-  
tuētes licet in utilitatem ecclesie possit  
hec statuta reuocare. de. regu. iuris. c. i. l.  
stribu. §. naturalis. ff. d. solu. et. tracta. i.  
in. c. accedentibus loquuntur in consue-  
tudibus que non momento inducunt  
uel priuilegiis et aliis factis uel concessis  
tante ergo non usu et contrauentioe tol-  
lantur maxime cum utilitas et necessi-  
tas sic statuendi non sic euidens et con-  
tra antiquum statutum et consuetudi-  
nem et contra communem etiam statum  
altarum ecclesiarum q̄ tam late sint con-  
tinentane distributiones. uel q̄ redditus ad  
naturaz illorum reducantur ad hoc quod  
scribit Hostien. in. c. ad. audientiam. de  
clerico non residentibus super. i. §. ubi e-  
tam dicit q̄ talia statuta de non recipi-  
endis fructibus in absentia quāq̄ moue-  
te ecclesie utilitate tolluntur non usu et  
contrauentioe statuti Et ut superius est  
scriptum uidetur mixtū. Anto. de. but.  
xlii.

Alus quidam presbiter ma-  
rinus bugati has obtinuit  
apostolicas a sede apostolica  
in quibus Abbati sancti gre-  
gorii mandabatur ut inquireret. An qui-  
dam Iacobellus dandolo comiserit homi-  
cidium et si hoc esse reperiret eum pri-  
uet certis canonicatu et prebenda quos  
tenebat in ecclesia treueresi. et per alias  
litteras in eadem data mandabatur illud  
conferri dicto presbitero marino cum  
decreto etiam ignorantibus officiantes da-  
ta autem utriusq̄ littere fuit Pontifica-  
tus Bonifacii Anno vi. idus Nouem-  
bris qui executor per subdelegatum fe-  
cit processus suos sub Pontificatu An-  
no vii. et priuauit et contulit ut manda-  
batur reperitur q̄ sub eodem Anno pon-  
tificatus uidetur per legatum de latere  
cessionem fuisse factam a dicto Iacobel-  
lo et eadem die collationem eiusdem fu-  
isse factam de dictis canonicatu et pre-  
benda domino Marco malipetro et hoc  
fuit. xxv. Ianuarii eodem Anno sexto.  
Modo queritur in casu quo presbiter  
mortuus sit prior in data si collatio fac-  
ta per legatum tenet. Dato q̄ littere do-  
mini Marini non peruenerunt ad notitiam  
legati Secundo ad uidentem priori-  
tatem date Queritur quando inceperit  
Pontificatus domini Bonifacii Vlti-  
mo submittitur cauda generalis quis sit  
absolendus uel condemnandus uisus par-  
tium iuribus transmissis

N xpi et matris eius glorio-  
sissime nominibus iunctis  
aggrediat secundum prin-  
cipale dabitur a quo primum  
et ultimum dependent effectus queritur  
est primo quia si post secundo Idus No-  
uembri reperiretur principium Anni  
Pontificatus ante Vice simum quantum  
diem Ianuarii prior in collatione fuisse  
dominus Marcus qui habuit a legato si  
Pontificatus fuisse post Vice simum  
quantum Ianuarii usq̄ ad Quartū Idus  
Novembri in aliquo ex diebus interclusis

45  
in illo tempore prior esset dominus Ma-  
rinus. hec questio est facta de die corona-  
tionis non potuit informari nec de die ele-  
ctionis. licet audierim a quibusdam die  
coronationis fuisse diem Quatuor coro-  
natorum. viii. Nouembri que precedit  
datam domini Marini cum occurrat illa  
festum die predicto et data occurrerit  
Duo decima Nouembri. et si hoc est li-  
cet Pontifex sic ab electione ut de elec-  
tione non scribit simpliciter Pontificatus  
nisi a coronatione. ut notatur in data vi.  
Talis autem stilus seruandus esset de  
err. fal. q̄ graue de const. ex litteris cum  
similibus et sic indicandum foret dictū  
Marinum presbiterum in data fuisse  
priorem. hoc supposito de quo in facto  
plenior informatio habeatur quod forte  
non erit expediens per illa que sibi sub-  
tiam. Nunc respondeo ad primum du-  
bium. si dubitatio est an decretum af-  
ficiat inferiorem collatorem ignorantem  
in hoc non est habendum q̄ sic quia de-  
cretum afficit ignorantem maxime quia  
hec habet forma decreti in scienter uel ig-  
noranter de rescrip. tibi qui. l. vi. de pre-  
ben. dudum de concess. preben. c. i. eo. l. i.  
Nec obstat q̄ remaneat in incerto si  
priuatus fuerit Iacobellus Et si Mari-  
nus reperitus fuerit 22. ut in clementina  
et quem de concess. preben. quia papa ex-  
presse retrahit decretum ut patet in  
fi. litterarum. quia uult perinde esse ac  
si a principio madasset pure puideri. S3  
ex illis dependet decisio. hinc p̄ d̄ p̄ d̄ d̄  
dubio supposito q̄ presbiter marinus pri-  
or fuerit in data. Aduertendum q̄ pa-  
pa mandat prouideri cum uacauerit per  
priuationem Iacobelli et sic se restringit ad  
certum modum uacandi absq̄ clausula uel  
quous alio modo non potest ergo ex uirtu-  
bus litterarum et prouideri eo uacante  
per renuntiationem ut proponitur. con-  
stat enim ante eum renuntiasse q̄ priua-  
tus fuerit ut patet ex litteris legati iuncto  
processu sub executoris dñi Marini q̄ fac-  
tus p̄ p̄ p̄ sub Pontificatu Anno. vii.  
Igitur hec questio est sopita per susceptum  
in prin. de rescrip. l. vi. nec obstat  
q̄ decretum uideatur impedisse renū

tionem quia hec non fuit intentio  
pape cum decretum ordinetur solum ad  
prouidentes uel conferentes no ad impe  
diendum renuntiationem Item decre  
tum afficit secundum modum et conditi  
onem gratie et se restringit ad casu gra  
tie concessa ut elem cum et preallegata  
Papa autem restringit gratiam ad casuz  
uacationis per priuationem non est ex  
go eius intentio alios modos afficere ua  
cationum maxime cum nedum possit  
immo q cito potest homicida renuntiare  
teneatur ut cum irregularis existat ut  
notatur de renun in si s propter consti  
tutionem Nec obstat si dicatur q fecit  
dum hoc erit in potestate inferioris eli  
dere gratiam quia fateor q si post scie  
tam litterarum renuntiaffet hec fraus  
non noceret ut in c ii de renun h vi  
Sed hic non proponitur sententia nec est  
uerisimile q scruent cum processus fuit  
agitatus diu post ipsam datam litteraru  
legati et renuntiationem ut patet ex for  
ma processus transmissi ex qbz concludit do  
minum Marcum in prebenda fore poti  
orem et canonatu et pro eo sententiam  
dum maxime cum littera priuationis per  
quam papa mandat Iacobellum priuari  
fuerit separata a gratia domini Marini  
et ibi nullum decretum fuerit appositum  
per quod apparet pape intentionem non  
fuisse impedire renuntiationem per quaz  
impediretur uacatio per priuationem et  
postea in secunda littera concessent euz  
decreto gratiam per uacationem priuati  
onis et sic in casu quo uacauerit per pri  
uationem Ita dico de iure esse ego An  
thonius de butrio

xliv

Heli xpi et matris eius no  
minibus inuocatis hec domi  
na uidua petens habitacione  
paterne domus et a patre re  
siste eius cause iura multipliciter fauet  
Tum quia uidua et miserabilis persona  
tum quia testantis insequitur extrema  
uoluntatem quia cum aliud uelle non po

tuit hoc quod uelino uoluerit obseruari  
equum pium est tum quia partem in  
sequitur alimentorum tum quia res pa  
terna fuit in qua et filia quasi dominium  
in uita proprium rei fuit cum qua de bo  
no et equo agendum fuit non cum iuris  
rigorositate iuxta sententiam celsi ado  
lescentis Ato enim hanc esse questio  
nem de bono in quo genere pteruncq sub  
auctoritate scientie iuris permissiose in  
quit erratur l si seruum s sequitur de  
uervo obl reperio sententiam in eius fa  
uore latam contra mentem ultime uolun  
tatis testantis ob hoc solum in applicatio  
nis instantia recisam quia dicitur eam lata  
fore extra instantiam cuius causa secun  
dum puri facti equitatem et uelo leuato  
statuta disponant tractandam fore non  
inuoluendam in rigorositatis instan de  
iur c penult et semper putauit statuta  
instantie uel leges stante statuto trans  
missio ad permissum mulieris non astra  
re hanc causam uel uindictam causas quos  
cunq sed fateor absq preiudicio sic ef  
se q astringat quia de hoc ad presens no  
queritur A l quesita respondens Pono  
pro fundamento hoc clatum in iure uen  
ditorem ut necessarium defensorum ep  
toris quando cunq instante pendente al  
lum nere posse instantia per emptorem  
in coacta emptore maxime uolente tanq  
cuius ultimo interest et ad que ultimus  
regressus est habendus nec opus est aia  
nouationis instantie in eum cum illi insti  
tia cum emptore preiudicat ex quo scit  
et qd plus e denuntiatus extitit ut in  
themate proponitur ff de re iudi l sepe  
et l si parentes e de emet et l euz suc  
cessores e de peri et como rei uende  
l et l si plus s euctio ff de euctio  
cum similibus ad hoc quod notatur per  
Innocen de prescript auditis de re iudi  
cum super controuersia de iur cum de  
putati Secundo premitto sententiam  
et processum et quicquid actitatum est  
cum auctore preiudicare successor max  
ime quia lo eo nedum sciente sed uolente  
successore litez auctor assumpsit et quic  
quid sit cum auctoritate actum inter  
tatur cum successore ad illius preiudiciu

de re iudi sepe extra de re iudi quamuis  
cum similibus quoniam ubi alias no pre  
iudicaret ex quo eo in aliqua parte iudici  
assistente iudicium agitatum est et illi  
preiudicat ubi alias etiam non preiudica  
ret scientia ff de inoffi testamento l si  
suspecta s r notat Cinius l i r e de ad  
uo diuer iudi glo lxxxi di tantis Inno  
cen de elect dudum glo de sy dilectus  
Innocen de offi deleg cum super in glo  
in magna Xo sed ea ratione Si enim uole  
bat sibi abesse assistere non debebat nec  
in principio nec in fine nec in medio hanc  
autem ticio denuntiatu uolente et pre  
sente et assistente item assumpsit que  
quid ergo agit item prosequendo maxi  
me que liti utilia ualde uideantur  
proponitur interpretatio rescripti ut lis  
et instantia deserentur ut possit auctor  
iura producere preiudicat ipsi ticio emp  
ton sicut et procurator ideo necessarius  
factuz domino preiudicat agit enim que  
in mandato insunt ex quo uide liti uide  
batur uel saltem mandato consecutiua  
preambula uel uicina ff iudi sol l iam ta  
men s r in hoc de offi delegati cu olim ab  
bas possunt etiam defensores ad ea que  
utilia liti uidei ipetare icideter et si alt  
is mandatum exigent speciale ut nota  
tur extra de rescript nonnulli et in l in  
debitam ff de condi inde ff de noui o  
pe nuncia l cum procurator de in integ  
restitu suscitatus et ibi Innocen quoniam  
mo quem scit ticio si non procurator  
ri contradixit talia mandata rata habe  
re et sentur ubi etiam alias non preiudica  
retur ut dicto e cum olim abbas max  
ime cum hic consistat in sola temporis p  
rogatione ut ibi notatur ad hoc ut liti  
non contestata e i et dicto s in hac gn  
immo si negat prorogacionem tempo  
ris ab auctore fieri potuisse quod falluz  
apparet ex dictis per uiam quam elegit  
Et dato q regens ciuitatem tale rescrip  
tum dare non potuisset Aduertendum  
super hoc a iudice fuisse pronuntiatum  
tempora non currere et cum auctor in  
eius fuit potestate derelictus processus  
et liti prosecutio qui et item ex dispo  
sitione iuris quia auctor et procurator

48  
et quia litem assumpsit ex uoluntate ter  
ti quoniam ex mandato et protestati  
one eius et eo assistente et protestante  
se uelle prosecutorem liti penes aucto  
rem esse quis ergo dicit hanc pronuntia  
tionem quanq etia si diceremus iniustuz  
non preiudicasse ticio que cum eius auc  
tore lata est et eo sciente litem prosequi  
auctorem quoniam mandante protesta  
te et assistente queqd enim aum aucto  
re iudicatum est et cum eo iudicatum e  
setur publicatio enim et ceteri actus iu  
dicii preiudicantes auctori preiudicant  
et successor ut scribit Innocen in d d d o  
e cum super et quantumcuq ad hoc no  
citato q autem partium citatio preiudi  
cet instantie non credo dubitandum quia  
contra ius litigatorum est et agie modu  
cum preiudiciale et tenet hoc Compol  
extra de rescriptis super litteris Item  
aduertendum si iudex pronuntiauit inte  
rim expectandum et tempora non curre  
re et si hec berta non egit interim hec  
non tantum fuit impedimentum partis  
q etiam iudicis qui ex hoc declarauit se  
procedere non uelle sic pronuntiano ex  
pronuntiano enim iudex detegit eius  
uoluntatem donec reuocet ut extra de  
offi deleg cum super ubi autem factu iu  
dici impeditur quis ipso iure tempora  
non currerent instantie ut in auten sed  
lis e de tempo appel et unde sumitur  
et autentica item si et unde sumitur  
e tri et licet in hoc sint opinio hanc sequi  
tur Cinius lo an extra de app ex ratio  
ne et de app ex insinuatione n q vi s  
a l h e et s biduum ubi hoc tenet Arch  
diaco et glo ff ex quibus causis maio  
l sed et si per pretorem quoniam si te  
neretur opinio opus fore restitutione ex  
officio iudex appellationis surrogatur lo  
co primi cum notorie iudicis factu Con  
stet impeditam bertam danda fore re  
stitutio ut dicit bar in dicta auten sed  
lis et reforman la sententia sicut est pe  
titum ut notatur in l si ut proponis e  
quomodo et quando iudex Ex quibus  
concluditur iudicem in appellationis cau  
sa pronuntiare debere non obstantes senten  
tia iudicis primam sententia ualida

fore et transiisse in rem iudicatam ad fa-  
uorem dicitur. Ita michi uidetur An-  
de butrio.

xlv.

Omnia orabilis filia quonda  
detulit de Marabotinis om-  
nia bona et iura tam paterne  
quam materne hereditatis uendi-  
tionis titulo transtulit in Nicolaum quo-  
dam Marabotini ut patet ex publico in-  
strumento confecto sub Millefimo tri-  
centesimo septuagesimo et hoc pro pto  
ducentarum librarum et in facto propo-  
nuntur quod et uerisimile reddit forma i-  
uentari pteum rerum ascendere ad du-  
plo maiorem quantitatem et ultra et da-  
to qd probatum non esset hoc defacili p-  
bati possit ut proponitur et in dicto in-  
strumento assentur dominam Orabilem  
tunc fuisse minorem .xxv. annis maiorem  
tamen .xii. Proponitur etiam qd dictus  
Nicolaus fuerat tutor et administrator  
dicte Orabilis ut patet in instrumento  
publico assumptionis tutele et confectio-  
nis inuentari confecto Millefimo tri-  
centesimo sexagesimo secundo. Apparet e-  
tiam quedam depositiones testium in q-  
bus mulier conatur probare tempore co-  
tractus se fuisse minorem duodecim annis  
p testes examinatos sub Millefimo tri-  
centesimo nonagesimo quinto. Apparet  
etiam dictam dominam orabilem fuisse  
absolutam in cura episcopali ut ex pro-  
cessu publico Millefimo tricentesimo oc-  
tuagesimo nono. Modo queritur an di-  
cta dominam Orabilis possit uentre cotra-  
dictum instrumentum et dato qd alias  
possit sibi obstat temporis cursus atten-  
to iure et ciuitatis statutis antiquis

Hesu xpi ac matris eius no-  
minibus inuocatis. iuris rigor  
plurimum obuat. mutentur  
primo instrumentum sollem-  
niter fabricatum in quo iurat non uentre  
contra ratione minoris etatis ex quo co-

tractus firmatur licet fuerint opiniones  
contra omnes sollemnitates requisitas  
in alienatione minoris et contra privilegi-  
um speciale minoris restitutum in integrum  
ut notatur in auten. sacramenta pueru  
e. si aduer. uendi. Secundo iurat non  
uenire contra ratione minoris pteu. ex  
quo excluditur remedium deceptiois re-  
ipia ultra dimidium iusti pteu. maxime  
cum fuerit certificatio et sic se certam  
affirmat de ualore hereditatis et qd uale-  
bat plus per que apparet eam non decep-  
tam maxime cum illud plus donet causa  
remunerationis per que cessant remedia  
l. ii. e. de rescin. uen. de uerbo. obli. si  
quis cu aliter ut ibide notatur. Ex quibz  
concluditur eam omni remedio tam com-  
muni quam specialis etatis destitutam quum  
mo si quod remedium superesset illud ex-  
clusum uidetur ex prescriptione statu-  
torum que excludunt a remedio. l. quin-  
quennio inter presentes et decennio inter  
absentes et indefinite dicunt audientis  
denegari. Et ex statuto excludente que  
relas aduersus contractus cum consang-  
uineis gestis et ex confessione pteu re-  
cepti sub Millefimo tricentesimo et tra-  
gesimo tertio ex quo ratificare uidetur  
ante gesta. posito qd tale instrumentum  
confectum fuerit a minore .xii. annorum  
Aduerto qd que in instrumento asserun-  
tur contra se non modicam habere pre-  
sumptionem dolo sitatis et deceptionis  
ex immensitate donationis et deceptio-  
nis re ipsa in precio que non tantum im-  
mensa et effusa liberalitas diceretur in  
muliercula quinimmo domino cuiuslibet  
magnammodo militi sufficere. In talibus au-  
tem immo seratis factis quantuncumq-  
iuratum et maxime in positis in iuuentu  
etate adest presumptio subductionis tu-  
quia factationes etiam non presumuntur  
a iure nisi origine traheret a mala ca-  
de renun. super hoc. tum quia talis libera-  
litas immensa repugnat nature mulieris  
quas leges auarissimum genus appellant  
ff. ad uelle. s. ego de iure do. si stipulata  
in si. cum similibus. Circa autem immo-  
derata gesta. l. defacili presamit. l. om-  
nes. s. luctus de his que in fraudez credi-

l. patronum. et. l. qui testamentum de p-  
ba. notat bar. in. s. arbitrarium quinim-  
mo consistere attrahit inactionis pro-  
pui consumpturo et sic in malu et certu  
ulum omnino ex mala fide est in edoles-  
cente maxime etia si certus malus usus  
non foret. si tamen eius consumpturo co-  
traheretur qto fortius cum actu contra-  
do consumenti. ff. pro emptore. l. si quis  
cum sciret de mino. l. qd si minor. s. re-  
stitutio. l. si uero. s. adolescens. ff. man-  
dati et ibi casus in. l. ii. ff. qua. re. ac. non  
da. Vnde quang iuramentum ex parte  
iurantis forte esset obseruabile absq- pe-  
niculo salutis eterne. Ius tamen et canon  
cum et ciuile non assint iuramentum  
dolo extortum ut in auten. sacramen-  
ta puerum. e. si aduersus uenditionem  
et de pact. quamuis l. vi. quod puto in  
minoribus saltem quicquid in maioribus  
dicatur. de iure iuran. si uero qd iura cano-  
nica a ciuila assint demu quado dolo  
non sunt subtrahenda siue sit dolo re ipsa  
siue ex proposito quibz ex contrahendi  
modo presummitur. Item negari non  
potest ex parte recipientis turpe reputa-  
ri in quantum cum adolecente consum-  
mari contrahitur. absolui ergo poterat  
ut absoluta est et officio iudicis contrac-  
tus uel actione de dolo rescinditur. ar-  
de iure iuran. de iure. Item talia iura-  
mento mutantur a iure incapaci intellec-  
tus plen sed factis ista ostendit se inca-  
pacem ergo ad sicut enim etas preuenit  
sagacitate ut. l. i. e. qd aduersus quos  
ita foret et equum ex gestibus si osten-  
dit non plenam intellectum iuramentis  
non obligari quinimmo tantum in hac ali-  
enatione non intercesserit cause cognitio  
nec ex causa alienata fuerint immobilia  
uel que locum obtinent immobilium de-  
fieri contractus in sollemnitatem quem de-  
fectum forte non supplet iuramentum  
licet obliget ad non contrahendum  
quia non potest quis facere qd iura de so-  
lemnitatibus loquentia non habeant locum  
in contractibus suis delega. l. i. nemo po-  
test et quod ibi notatur ad quod facit  
quod scribit bar. ff. de fidel. si quis non

47  
eo in. s. vii. remanet ergo nullitas con-  
tractus ex quo supponitur absolutio fa-  
cta a iuramento. sed non audeo hoc dice-  
re ne detraham opinionem glo. et comuni  
in auten. sacramenta. et quia sollemni-  
tas est in fauorem minorum cui saltem  
cum iuramento posset renuntari. Sed  
quicquid sit de hoc iuramentum tamen  
est illud quod ualidat contractum ex quo  
ergo proponitur absolutio facta a iura-  
mento ualiditas contractus inheret iura-  
mento quo sublato et ipsa tollitur. ff. de  
usufruc. l. i. quang hoc etiam posset esse  
dubium. an absolutio tolleret preceden-  
tem ualiditatem contractus quando sim-  
pliciter est facta tamen fortissime hoc  
iurat modus absoluendi in quo iudex de-  
cernit ac si non fuisset presertim cui  
sententie est standum cum non propo-  
nuntur appellatum. Et hoc omnia iurat senten-  
tie causa ne unculum sit iniquitatis iura-  
mentum per quod apparet iuramentum  
fuisse declaratum fouere iniquitatem.  
Et sic aut nullum. aut iniquum ex parte  
prestantis. aut iniquum retractu ex par-  
te recipientis quod esse non potest. ut  
sententia sit iusta nisi quia dolo et sub-  
ductio extortum quod et apparet ex  
sententia lata et relata. Ex quibus clare  
patet qd non obstantibus sollemnitatibus  
instrumenti perniciose ad decipiendam  
mulierem adhibitis. mulier debet audiri  
contra instrumentum ut rescindat per  
actionem de dolo uel saltem officio iudi-  
cis uel restitutionis iura que non excludit  
iura iuramento data absolute ex quo  
iuramento habuit impulsione doli et  
causatur restituito a deceptione calida  
et fraudulenta quinimmo si probetur  
mulierem hanc fuisse minorem duodecim  
annorum quod clare probat domina Io-  
hanna que iuncto tempore instrumenti  
et iuncto tempore depositionis eius clare  
concludit ipsam fuisse tunc in .xii. anno.  
Item hoc satis concludit magister pau-  
lus qui dicit qd fuit tempore uite patris  
duorum annorum et non obstat qd sub-  
mittat forsitan. quia illa dictio forsitan  
adiuncta est ad inferendam dubitatione

circa temporis extremi momentis. quia de hoc non bene memorabatur. Sed non notat dubitationem circa tempus in genere duorum annorum quia adiebat de complemento annorum de excessu licet modico quod declarauit alter testis in uulgari enim exposito dicto testis habebit sensum de quo dixi scilicet dubitationis circa excessum uel minoritatem in modico sed non in genere temporis. sed si recte ponderetur tempus mortis patris qui concluditur ex tutela tempus depositionis testis ipsa concluditur fortasse fuisse in decimo anno. et quia hoc non potuit bene discernere testis inter nouem et decem quia est distantia anni protulit uerbum fortasse hoc coadunat. quia iudicabat etatem ex aspectu in qua sic attestari potest in l. de etate uero ff. de minoribus et l. minor uiginti quinque annis ex aspectu. unde cum illa attestetur presumptiue protulit uerbum fortasse. Nec obstat quod tam modica distantia a duodecimo ad decimum deservit non palpetur ex aspectu per testem ut l. de etate quia bar. dicit nisi arbitram licet conetur dare doctrinam magistralem. Vnde cum habeam eum testem de etate certa concludentem et non querimus limitem certe etatis ex quo consonant in genere etatis quia in minore duodecim dicti testes ex aspectu depositionis cum dictione forsitan declarabo per dictum alterius testis ad hoc quod notat Innocentius de accusat. super his ubi si testis deponat de actu cum tempore aliter non ratificet tempus dictum unus trahitur ad dictum alterius et suadet equitas sic testes inuari. quia arbitrium cuiusque boni iudicis potest informari ex dictis per testes. quia hec non attingeret annum duodecimum quequid dicat instrumentum quod duobus testibus potest repbari ut notatur de fide instrumentorum l. in exercendis eo. tri. cum Iohannes maxime cum talia apponantur in instrumentis absque sententia puellarum. et quia de talibus puellae non sunt bene informate hoc

autem supposito aliud concluderet re medium puellam tunc necessario contraxisse cum quo non ualet contractus ipso iure. quia licet palam non bona fide contraxit. que dies copulatiue exiguntur ad ualiditatem contractus. l. non existimo ff. de admitt. tu. l. cum ipse de contractibus de emptione et l. in uenditione. §. si. ff. e. Nulli enim dubium minor instanti sunt existenti maxime ad propriam utilitatem ex bona fide non contrahere. l. cum in plures. §. in. de admitt. tu. ff. de fur. l. tutor et l. interdum. §. qui tutela e. de pactis. l. pactum curatoris. l. fundum. §. si tutor. ff. pro emptore et quod ui aut clau. l. si in. §. tutores. Ex quibus patet mulierem multipliciter audiendam contra instrumentum. Hec omnia confirmat sententia lata in causa absolutiois que ad acta relata ut debet. l. hoc enim ff. de suspens. tu. et notatur in regula in penis ostendit et declarat contractum dolosum ut debuit. Nunc restat tollere obiecta de fine facta Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio et sic per tres annos post hoc instrumentum qua attendit tempore assumpte tutelae reperitur quod si mulier tunc fuisset in duodecimo anno ipsa non exceperat ut ceterum fecit dum et sic erat in minori etate uiginti quinque annorum. Vnde etiam presupposito instrumento uero quod tamen dicitur falsum cum ibi non uiderim aliquod iuramentum et tendebat preceptio receptio ad corroboracionem contractus alienationis immobilium non poterat colorari absque solennitatibus debitis ut de re iudicis et causa legitima igitur restat adhuc precedens facultas restringendi contractum si immodice adhuc lesa remanet et quod fraus fuerit in primo contractu detegat hec absolutio que fuerit de maiori quantitate quam fuerit pretium statutus in contractu quasi dubitauerit. hec fecit ad uelendam fraudem. Item quia eodem errore et caliditate adducit duritate inrietas que primo contraxerit ut l. doli. §. diuersum. ff. de doli except. per que apparet idem concludendum si ibi foret u

ramentum maxime cum modico tempore post hoc factum fuerit post instrumentum. Non obstat statutum loquens de contractibus cum consanguineis quia illud loquitur quando consanguineis assistentibus et cum alio contrahentibus non de contractibus cum consanguineis met et de contractibus et ad delapandam et tactandam inducentibus ut euidenter patet illud cum consanguineis notat causa agerem uel auctoritatem contractus non factentem contractum sic de iudi. ac si clerici ibi tenent clerici et et quod ibi notat Io. an. Non obstant prescripciones que allegantur. Et primo non obstat prescriptio iuris quia nec toto tempore uite Nicolai potuit aliqua currere prescriptio cuius uita durauit ut michi est in facto propositam usque ad Millesimum trecentesimo octuagesimo tertio et sic tunc sunt uiginti quatuor anni a die mortis quia erat in non bona fide ut supra est conclusum extra de prescript. c. finali. Non obstat. et si maior factus minor fuerit. h. ubi in donatione concluditur lapsum decennium post maiorem etatem et uiginti inter absentes. quia quo ad tempus in colat non procedit illa lex de iure canonico cui est standum cum enim contra iura mercatus fuerat et male fidei consequenter esset tempus non potuit consistere contractum ad illius comodum qui male fidei possessor est. male fidei autem est qui contra iura mercatur etiam cum domino. et de agri. et consi. quemadmodum et in regula qui contra iura de reg. iuris l. vi. cum concordancis. et de iure fiscal. l. prohibetum libro decimo patent hec in regula possessor de regulis iuris l. vi. et. c. finali de prescriptionibus cum similibus. Item suppono quod contraxit cum eo tempore minoris etatis pubertate ut est probatum contractus ut cum tutore. gestus est nullus et nec uiginti aut decennio confirmatur cum odio eius annullatur. Ideo exigitur prescriptio aduersus ius agendi de nullitate uel ad rescindendum etiam quo casu exigitur. xxx. annorum excluditur de iure communi tenen

do quod ipsa tempore contractus fuerit pubes eo quod uiginti contractus uenit confirmandus ex lege communi ut tenendo quod impubes contraxit excluditur tantum pacto. xxx. annorum. subducto autem tempore uite Nicolai qui proponitur in facto mortuus iam sunt uiginti quatuor anni. restaret quia prescriptio de triginti non esset completa similiter nec prescriptio de uiginti ex dispositione legis finalis quia proponitur dominum mouisse litem iam sunt octo anni et obtinuisse iam sunt septem. et sic infra tempus uiginti annorum reperitur huius mota interrupta est ergo prescriptio confirmans ex l. finali. et si maior factus minor fuerit. Memento autem erit subducendum tempus Nicolai quia ille ut male fidei et sceleris uel scire debens se ad hec teneri non potuit prescribere de iure canonico est standum de prescript. c. finali et in regula possessor de reg. iuris l. vi. Nec obstat opinio bar. in l. sequitur in §. si uiam de uicuproni. que fuit ante eum Innocentius de immunitate ecclesiarum quia plerique quam etiam reprobat bar. in l. si mali. ff. quemadmodum seruitus amittitur quia illa opinio communiter reprobat. quia negari non potest quod aliquid que ratur prescribenti cum annexione facti dato quod non exigatur possessio quod principaliter ponderat lex canonica et. c. finale nichil dicit de possessore sed in genere loquitur. et hoc publice disputatur et per hoc plures consilium. et dico esse expresse in autem ut ecclesia romana et coll. ii. Nunc autem restat respondere ad statutum excludens et decurtans tempus prescriptionis aduersus iura loquens et de presente et de absente et negari non potest siue computetur a fine minoris etatis siue a fine mortis Nicolai tempus statuti lapsum sed non obstat statutum si tenemus quod non ualeant statuta detrahentia de tempore descriptionis et iure statuto ut notat Io. an. de except. c. l. vi. Item dato quod tempore potuit contrahere proponitur in facto et factis etiam uidetur patere per acta quod hec

48  
An p[ro]p[ri]e p[er] d[omi]n[u]m  
q[ui] p[ro]p[ri]e ad i[ur]a p[ro]p[ri]a

puella in longinquum fuit nupta nec ue  
rissimiliter potuerit habere scientiam pa  
ternorum bonorum et maternorum et  
an decepta fuerit uel non ut in regula si  
quis in alterius de regulis iuris et in regu  
la cum qui in ius h. vi. quo casu uel statu  
tum hunc casu non comprehendit absen  
tie cum ignorantia ut utetur iniquitas  
a statuto uel si comprehendat mulier ex  
celsula generali si qua xē restitueretur  
infra quadriennium a tempore reuersio  
nis ut notat glo. in l. sicut. §. fecus. e.  
de prescript. xxx. annorum in uerbo ma  
litie. et bar. in l. i. §. si quis autem. ff. de  
itine. act. p. priua. Talem enim intellec  
tum recipit lex de prescript. in absentem  
loquens ut. l. finali. e. de longi temporis  
prescriptione et. l. sicut. de prescriptione  
triginta annorum. an sic et statutum in  
materiam disponens de consuetu. cum  
dilectus. de Constitutionibus ex lit  
teris. l. ii. e. de noxalibus. de clericis non  
residentibus ad au. sientiam et cum dilec  
tus Ex quibus concluditur qd cum secū  
do anno quo fuerit reuersa mulier obti  
nerit sententiam que transiit in rem  
iudicatam ut michi proponitur qd quo  
ad realem uirtutem de quo audio tantū  
excitari mulier iuste obtinuit. quia si nō  
uenerit hac uia uoluit dominus deus us  
ritatem alio capite detegi et sententis  
confirmari Cuz ergo domina habeat sen  
tentias pro se pro quarum iustitia presu  
mitur de renun. in presentia de re. i. si  
cut propter defectum iustitie in uerita  
te retrahi non debet iudex ab exequen  
do. uita ut dictum est in l. rei ueritate  
fouet iustitiam domina Orabilis et sic  
sententie consonant iustitie et ueritati  
Non obstant predictis qd in instrō con  
tineat ipsam non subductam et certifica  
tam de ualore hereditatis et consequen  
ter de deceptione quia facta oppositum  
ostendunt et quia facilitati subducta p̄  
sumitur in iactatione et consumptio  
ne proprii eadem in accessoris et ad ip  
sam deceptionem conferentibus et est  
subducta et plene intelligendo presentis  
ut dicta. l. doli. x. diuersum et est casus

in l. finali. §. idem que sit. ff. de conditi  
tione. Non obstat quod de renuntiatione  
asseritur in instrumento uenditionis ga  
predicta ratio illam excludit quia subdu  
cta presumitur et quia talibus asserti  
onibus non creditur ubi est presumptio  
fraudis. l. si forte. ff. de castrensi peculio  
l. cum quidam. §. licet deleg. iii. et nota  
tur in l. si donationis. e. de collat. Non  
obstat si dicatur non poterit ergo dita  
ri instrumentum per quod excludatur  
minor a contrahendo et sic noua erit p  
uotio autem sacramenta et glo. in l. i. r. cer  
te non erunt uana et in modica deceptio  
ne Sed si in enormissima ut hec est alius  
prompta foret uia spolandi minores om  
nibus bonis propriis qui facilius pos  
sunt inducti ad talia maxime a parentibus  
contra intentionem et omnino iam uo  
luntatem dei et statuentium fauent em  
iuramenta non fauentia iniquitatem qd  
pluries clamat Cinus in autem. Predicta  
iura sic intelliguntur et si remedium nō  
foret aduersus talia. longe maiorem inu  
cerent iniquitatem q̄ equitatem Ego  
Anthonius de butrio utriusq. iuris do  
ctor sic dico et consulo et cre. lo uerita  
tem et iur. consonum salua facti uerita  
te inspecta in qua falli potuit et saluo  
consilio saniori alteri q̄ michi melius a do  
mino reuelato

xlvi

Hesu xpi nomine invocato  
Recte de casu est primum  
dubium. §. cum ita quo ad se  
cundum ad medietatem pot  
estonis ultimi rectissime p̄to filias ad  
mittendas quia et si illas ambas requiras  
concursum utriusq. uideatur ad conditi  
onis implementum uel saltem hoc exigit  
in proposito cum altero descendente cū  
filibus post mortem liberis uocet qd  
foret impossibile utroq. absq. liberis de  
cedere nec liberi ex femina excluduntur  
substitutum propter adiunctum enim

masculis de euidente liquet uoluntate  
defuncti se uoluisse successionem suam  
astringere ad lineam agnationis ne ad ex  
traneos hereditas euagetur uerbum ex  
go sine liberis ex adiuncto masculis re  
stringit ius excludendi filias ad solos ma  
sculos et ex masculis descendentes et  
ex hoc casu deceditur per. l. i. in fi. e. de  
condi. insti. exclusi enim femina a succes  
sione exclusi censentur in gradu sequen  
tes tanq̄ reclusi successionis principio a  
quo in sequentes ius succedendi deriua  
tur Nam femina exclusi a feudi succes  
sione excluditur filius ex ea qd masculus  
et potens ad dominium feudi iuran  
dum ut in libro feudorum qui feu. da.  
po. c. i. x. hoc quoq. ius excludendi fili  
os a substitutione facta filius per uerbus  
sine liberis restringitur ad masculos ex li  
nea masculina descendentes non ad ma  
sculos et femina qui uicium a femina ori  
gine trahere censetur Vnde predictis  
dominis consulentibus assensio Ego An  
thonius de butrio utriusq. iuris doctor  
Ideo scripsi et sigillat

E morte scribitis filio mei  
pater et compater uos com  
pati erat enim michi unicus  
ut dicit philosophus uerecō  
ne posteritatis finem dedit patremq.  
reliquit in progeme nouissimum hec  
mortalibus plurimum infelicia uidentur  
dolendumq. apparet qd accidit. sed quia  
sic domino placuit equo animo substine  
dum raptus est filius. durum quidem  
sed tollerandum quia substulit ille qui  
dedit tollerandum dixit enim quinquimo  
et domino congratulandum quem enim  
secul. carcer includebat. quem nunc ira  
nunc auaricia. nunc libido. nunc uanorum  
incentina ad ruinam trahere poterant  
momentum breue fecit treruere. puerulus  
assumptus est breuis uite spatium eter  
na pensabitur memoria Relinquendi ex  
go sunt merores isti ut dicitis pleni sa

49  
erigio ac incredulitate. morte enim te  
retur qui uitam non nouit Nouissima  
autem litterarum nostrarum pericula or  
tatus sum ut patriam petam ac si me pa  
tria indigeat. plus ego illa q̄ illa me indi  
geo in illa clarus hic degener. in illa mon  
tes clarissimos frons. desq. uerentes in hoc  
ualles nubes paludes nebulasq. turbulen  
tas conspicio. Illic cantus dulcis animus  
hic cornices garrunt cum grauisimo ra  
mū n. strepitus continent illic religio  
nis decus probatissimq. utri spirituales  
hic omnis luxus et uoluptas. nec unum  
quidem obseruante monasterium repe  
ritur. non uere hic me traxit arbitrium  
et uoluntas. sed necessitas inest et pa  
trie status nunc pater cessat hoc mater  
nostra sancta ecclesia que tam paratam  
q̄ patriam reddidit. crucem recepit  
mus loco serpentis redire nempe deside  
ro in fine anni huius ad studiū exordia  
presens adero domino dante Laus deo  
Valete mi pater et compater Ferrarie  
die Viceima quinta Aprilis Anthonius  
de butrio utriusq. iuris doctor

Libertus Ratnaldus et To  
massinus de signotolis nati  
ex duobus fratribus. uideli  
cet Albertus et Ramaldus  
ex una et thomasinus ex altera inuestiti  
fuerunt de feudo de quo predecessores  
sui fuerant inuestiti ante tanto tempo  
re cutus memoria in contrarium non ext  
sit ab illustri et magnifico domino. N.  
exten. xē dictus Albertus et Ramal  
dus mortui sunt superstitibus filiis De  
inde mortuus est filius dicti Ramaldi.  
Nunc queritur. an filius Libertus et ne  
pos Ramaldi simul admittantur. an so  
lus filius uel filii Alberti

xlvii

libertus et thomasinus de signotolis nati  
ex duobus fratribus. uidelicet Albertus et Ramaldus  
ex una et thomasinus ex altera inuestiti fuerunt de feudo de quo predecessores  
sui fuerant inuestiti ante tanto tempore cutus memoria in contrarium non ext  
sit ab illustri et magnifico domino. N. exten. xē dictus Albertus et Ramaldus  
mortui sunt superstitibus filiis Deinde mortuus est filius dicti Ramaldi.  
Nunc queritur. an filius Libertus et nepos Ramaldi simul admittantur. an so  
lus filius uel filii Alberti

Hesu xpi et matris eius glo  
rosissime nominibus inuoca  
tis premittendum qd qd no  
ua proponatur inuestitura  
ex quo causam habuit ab antiqua conces  
sione ascendentibus facta hoc paternum  
feudum appellatur in quo linee a stipitibus  
antiquis descendentes successibiles sunt  
licet fecus in feudo non paterno quod  
principium habuit a capite alicuius linee  
transuersalis non a stipite ut in x. colla  
de gradi. successorum. c. 1. Secundo  
de iure comuni et si ad eius instar defer  
retur successio indubitatum existit fili  
um uel filios alberti p. heredes nepoti rai  
naldi ut pote uno gradu Thomasio p. x  
imiores et qd aliquo casu assumant sibi  
locum patris post mortem hoc uerum in suc  
cessione descendendum ut autem in suc  
cessione e. d. fuiset. legi. heredibus et in  
autem. de heredita. que ab inte. s. 1. Item  
quando agitur de successione transuersa  
lium usq. ad fratres et fratrum filios in  
autem. de heredi. que ab inte. s. si uero  
coll. viii. et in autem. post fratres. e. de  
leg. hered. qd hoc uerum uideatur in alio  
diu. et non feudalibus tantum uidetur  
q. mortente uno ex una linea absq. super  
stitibus ex alia linea pariter succedere de  
beant omnes alterius linee ut est casus  
in x. collatione de natura succ. feuda. e.  
1. Non obstantibus his de iure puto fi  
lium et filios alberti proximiores gradu  
anteferrunt. quia in quantum exorbitans  
consuetudo non immutat. remanens  
in dispositione antiqui iuris nec ad simi  
lia quantumcunq. alterato facto trahit  
minus consuetudinem. ut. l. quod uero. ff.  
de leg. de regu. iuris que contra. li. vi. l. si  
uero. s. de iuro soluto matrimonio cum  
similibus. de feu. cogni. c. Albertus no  
tat. Cimus in. l. 1. e. que sit longa consue  
tudo. et. Cui. ff. de le. l. de quib. capi. m  
autem. 1. de natura succ. feu. loquitur  
quando feudum est alterius ex capti. b. y  
linea transuersalis assignata et communi  
ter in illa linea conferuntur. unde hec  
quasi egreditur naturam paternam. nulla et  
ga. fit in iura proximiorum gradu si ad

illud a mittitur sequens qd non est in  
paterno patrono per partes inter fra  
tres diuiso quod paternum fuit et ut pa  
ternum in successione conseruatum  
Item quia etiam non reperitur in feudo  
filios succedere in locum patris premor  
tui nisi quando tractatur de successio  
ne ascendentis de succ. feu. c. 1. de gra.  
succ. in feu. s. his uero. pro hoc tex. in  
dicto. c. 1. d. gradi. succ. qui post fratres  
et fratris premortui filios simpliciter  
uocat agnatos ergo non ut prerogatiua  
ut q. assumat locum patris s. sed q. gradus  
Prerogatiua ut ius commune disponat  
ut sic posterior lex ab antiqua determi  
netur. ff. de leg. nam et posteriores ad hoc  
glo. ibi que dicit in gradibus et modis  
succedendi romanam legem attendi de  
bate et hoc aperte tenet Andreas de ser  
ma. qui dicit ibi dum uocat tex. agnatos  
1. sicut quilibet proximior est per que no  
ob. tex. allegare de natura succ. feuda.  
Sed et aliter potest respondere ut in  
quantum dicit omnes alie linee equaliter  
uocentur secundum gradus. prerogati  
uam tamen sic dicit ibi bal. et Odo. in  
summa de usu feuda. sub rubrica de his  
qui succ. in feuda. dum dicit pariter line  
as succedere dum tamen sunt in part  
gradu. sic et lex et post suos simpliciter  
notat agnatos et tamen intelligitur se  
eundem ordinis gradus prerogatiua. ff.  
de suis et legit. l. 1. s. post suos et. l. post  
consanguineos. Et aduertendum bene  
ad litteram. quia licet q. omes linee equa  
liter uocantur nam ibi exequat lineam  
et non gradus linearum. quasi dicit ita  
defertur ad unam lineam sicut ad aliam  
tamen secundum gradus prerogatiua  
Hoc confirmo quia ius exorbitans sim  
pliciter loquens trahit debet ad intellec  
tum iuris si potest ut in quantum minus  
potest ius ledat. de consuetudine cum  
dilectus cum similibus.

xlviii

xlviii  
N nomine ihesu christi et ma  
tris eius gloriose uirginis absq.  
diffusione allegationu legatum  
de quo proponitur modale est  
no condicionali cu eius impleme  
tum referatur ad tempus legati consecu  
ti non ante consecutum legatum. l. tays.  
s. stichus. ff. de mili. testa. q. m. p. p. p. p. p.  
tur uerba hoc sub hac conditione uel simi  
lia quia in lata significatione conditio in  
se modum comprehendit. l. ea uenit. de  
e. de re. perm. s. quonia de fi. instru. cu  
tobannes heremita. Ex quibus conclu  
do q. cum implementu modi casu defere  
rit in puncto mortis malfardi qui mor  
tuus est ut proponitur ante annu habet  
pro incompleto. uel non excludit legatari  
um ab emolumento quia non impleuit  
ff. de le. l. si fundu per fideco. l. alias. in  
pt. l. tico. l. pater. s. tufculanus de le. ut  
no. in glo. in. l. 1. e. de insti. et sup. l. cond  
facti. nec ob. l. tico. s. tico genero d.  
cond. et dem. quia ibi fuit conditio ut  
ibi no. et hoc maxime uerba tenendo q. te  
stator grauari uoluerit malfardum so  
luy in uita quia mo. in implendi neces  
sitas defuit concurrente testantis uolu  
tate. nec obstat cum hoc anno graua men  
fuerit debeat in principio anni. l. 1. qua  
do di. le. ce. et. l. in singulis et. l. in annos  
de ann. lega. quia istud est uerum nisi ad  
finem anni. istud tacite determinetur ex  
natura eius qd prestandum est sicut est  
hic in iure. Ex quo prestari debet legatu  
q. non in principio sed in fine anni conclu  
ditur pro toto anno. l. firmo. s. pater. ff.  
quando dis. le. ce. no. in. l. inter stipulan  
tem s. sacramenta de x. ob. et in. l. q.  
hoc anno de x. ob. relinquatur ex hoc  
capite legatum non extingui quia condi  
tionale nec ex hoc quia mo. ius deficit te  
nendo q. sit modale. Nunc surgit du  
bium an stante legato pones heredes ma  
lfardi legatari onus debeat impleri sedm  
formam datam ab antiquo testatore an  
sedm modum noui testatoris malfardi.  
Et qd hec uerba intelligantur imperpe  
tua. i. sine fine. ff. de excep. do. i. possunt  
tamen sedm subiectam materia referu

50  
tur ad hominis uitam si actus sui natura  
uel disponendi modo persona respiciat. l.  
1. ff. pro loco de al. et cibo lega. de gayo  
seto. s. 1. extra de eo qui cog. colang. ux.  
sue. et rasmisse de rel. scriptis. c. fi. l. vi. cu  
conzar. Hic autem ex pluribus colligitur  
legatum determinasse ad personam malf  
ardi. Primo quia grauat tantu malfardu  
et iubet personaliter malfardum partes  
retinere. Secundo quia graua men comit  
tit sub fide anims sue et de legitate et  
de fide sua dicens se bene confidere. per  
que uerba certam fidem et indulgiam  
et consentiam eligitur uidetur et de fa  
cili in talibus fideles non inueniantur uid  
tur ad personam eius dispositionem re  
scripsisse. l. 1. s. ne autem. e. de cadu. tol  
de solup. inter artifices no. in. c. statutu  
s. allestere de rel. scriptis. l. vi. ad hoc qd  
no. Inno. de offi. dele. c. fi. hoc. confirmat  
equitas quia non expedit testatori q. per  
sona larrogetur illi qui forte dicit se ni  
hil lucratum uel modicum. et sic paupes  
nichil habebunt aut modicum. Ex qbus  
omnibus concludo locum esse legato fac  
to per malfardum et illud executio ma  
dan lum Antonius de Buerio.

xlix

N nomine ihesu christi. N. i. s.  
litteris legitimationis predic  
tis et uis forma supplicatiois  
et latiori responsione pape q. in  
litteris comprehendatur. Dubitatur an  
ex illis uerbis in supplicatione contentis  
ibi habere dignemur pro expresso suffici  
ant tunc responsione simplici fiat ut pe  
titur. Dato q. in concessione legati qua  
confirmat sit gratia concessa non obsta  
te uenientibus ab intestato etiam si fue  
rint in part gradu. uel cum eis cum qbus  
dispensatur dicatur facta mentio eorum  
ut gratia firmetur contra preiudicium  
uenturum ab intestato. Premitto q.  
stante gratia ut in litteris continetur gra  
tia non ualere ad preiudicium herorum  
uenientium ab intestato in aut. qui. mo.  
natura. effi. sui. s. illa. Et quia si papa sci  
uisset eum habere liberos legitimos non  
sic de facili concessisset ad preiudicium

legitimorum tale ergo est tactum. de  
de referip. super l. i. de preb. si mo  
tu proprio l. vi. et quia tales legitimatio  
nes impetrari consueverunt et concedi  
in solacium deficientium legitimorum ad  
qd. nō. sp. de suc. §. i. x. ex facto que  
rit et ibi lo. an. in addi. ad hoc in ratioe  
sui. l. mulierem. e. de adop. instr. e. §. fe  
mine. Item et ut ibi nō. consueverunt et  
apponi per quas fit mentio de legitimis  
liberis ergo liberos legitimos subesse ob  
uat legitimatiō. quia absurdum foret  
tollere ut obstat q. non ob. ad hoc de re  
scrip. mandatum et qd. ibi nō. Nunquid  
autem attenda aliqua supplicatione cum  
responsione ad illum iuncta concessione  
legati tollatur uicium tactum iuris legi  
timorum liberorum cum de eis nulla sit  
facta sufficientis mentio uidetur q. non  
quia uel hic est noua concessio et non suf  
ficiat expressio facta legato quia cum no  
uiter concedit noua requiritur mentio  
ut excludatur surreptio et ut firmetur  
gratia contra preiudicium terti ar. ff. de  
dam. instr. l. de pupillo. §. in pluribus. e.  
de prescrip. xx. anno. cum notissimi. §.  
ex his. ff. de fidei. h. res. §. q. si hic ser  
uis. in. q. ut. eugeldrudam. de sen. exco  
fficit. et. c. tamen pro causa. Deinde ita  
quorundam cum si. uel est antiqua confir  
matio quia ut nunc esse non potest. d. fi.  
instr. inter dilectos. x. ceterum et qd.  
ibi nō. Et adhuc cum pape nō. sit facta ex  
pressio legitimorum aliquid principi est  
tactum quo expressio non obtinisset cō  
firmationem ad preiudicium liberorum.  
nec cum tali tenore uerisimiliter expres  
sio uicatur ergo confirmatio de confir  
matio. c. i. et. c. porrecta. de cap.  
mo. c. i. Item quia ad concludendum me  
tem pape in preiudicium tertio specialis  
exigitur mentio terti preiudici et nota  
bilis ut in. c. super eo de offi. dele. nō. de  
do. ex litteris de resti. spo. ex conquesti  
one ubi de particularibus. clausulis men  
tionem fieri oportet sicut d. toto proces  
su de re iudi. inter monasterium igit nō.  
sufficit hec mentio generalis ad hoc de  
ture iura. e. p. qd. nō. glo. m. c. fi. de pec  
le. vi. et de elect. pcurator. l. vi. in uerbo

ad agendam sic in sententia ut nulla con  
cludatur requiritur specialis expressio in  
sententia ueni et non uicatur per relati  
onem ad aliud ut nō. de proba. quoniam  
contra quia generalibus uerbis dolo uide  
tur hic papa circumuentus. Dicit enim sup  
plicans ex certis causis cōcessionem lega  
ti dicit ab aliquibus nullam et hanc ut nota  
bilem non exprimit preiudicium liberorum  
Vnde in generalibus uerbis inuolutus in  
dicitur ad concedendum q. primo dicit  
superiori arripere ut dicit Inno. in. c. cū  
dilecta de referip. tibi sentit differentia  
inter arripere et surripere. Huius non  
obstantibus puto contrarium de iure sup  
posito enim q. fiat fides de supplicatiōe  
et responsione pape. et supposito in fac  
to q. ex stilo curie gratie pape possint ex  
regro sumi. et aliter probare q. p. litteras  
bullatas. de quo in iure sunt opt. de qui  
bus in probe. vi. apparet euidenter q. ali  
ter sumpta est minuta per uocancellariū  
et magis stude q. fuerit a papa concessa  
et in talibus recurrendum ad originale d.  
proba. quoniam contra falsam nō. de fi.  
instr. cum p. tabello. et. c. fi. Non  
enim est in potestate uocancellariū. Iras  
sumendo restringere gratiā a papa con  
cessam in referuatis pape et non concessi  
bilibus per uocancellariū nisi aliud ha  
beat stilus curie. de quo non sum infor  
matus. Nam in gratia papa signat fiat  
ut petitur et. s. inter cetera petitum est  
ut habeatur concessio legati et eius tenore  
pro sufficienter expressio ergo omnia  
pro expressis habentur. et per inde ac spe  
cificata fuissent. potest enim papa ad ua  
liditatem a se gesti fingere expressum  
qd. expressum non est et habetur pro ex  
presso de preben. si motu proprio. l. vi.  
de elec. illa cottidiana de transac. c. i. de  
re iudi. ele. pastoralis ad hoc stilus curie  
que habet in confirmationibus apponere  
clausulas istas. nel similes cuius tenorem  
uolumus haberi pro expresso Nam alibi  
scriptum ad quod fit relatio per inde cō  
fer. ac si expressū foret specifico in scrip  
tura que ad aliam refertur. ff. de re iudi.  
l. ut pretor. §. si iudex. ibi sic accipiendū  
est quasi quantitatē nominauerit. ff. d.

here. instr. alle. de condi. et demon. si ita  
scripsero da condi. instr. l. illa institutio  
e. de testat. de excep. cum uenerabilis.  
x. q. nō. de religio. do. constitutus cū  
simil. Item ex quo papa uult haberi pro  
expresso hoc singulare expressum. nō. ergo  
admittitur probatio in contrarium.  
alias allegatio q. expressum non fuerit ut  
i. cle. i. de proba. et qd. ibi nō. hoc confir  
mat stilus curie in simili in appositione  
clausule non obstantium quando dicit nō.  
obstantibus priuilegiis etiam si de uerbo  
ad uerbum debeat fieri mentio hec gene  
ralia uerba equipollent expressioni de x.  
bo ad uerbum ex quo hanc loco illius sur  
rogat. Obiecta autem ab intelligēte  
de facti tolluntur. ideo non insisto. Con  
cludo ergo dictam cōcessionem firmare  
legitimationem contra defectum tactum  
iuris liberorum. Antho. de Butrio.

L.

Huius christi et matris eius  
gloriosissime nomine inuoca  
to Puto iam hanc aditum super  
reformatione laudis proceden  
di et firmandi modo et forma ut  
iudicem admi. et non ut arbitratorē  
Iura enim que dicunt laudum reduce  
dum ad arbitrium boni iuris intelligun  
tur. i. iudicis quia ille est qui hoc arbitrari  
habet. ut. l. contin. ius. §. cum ita. ff. de  
x. bo. ob. et. ff. iudi. solui. Iur bonus quo  
ad finem decidendi apprehendere debet  
equitatem uel iniquitatem laudi ut arbi  
trator habuisset quia ut debuit arbitra  
tor reformat nō. ut debuit iudex. Et sic  
concordantur opinōes. quia ergo in prin  
cipali modo procedit ut iudex in ordinā  
do ritum sententie subicitur iuri ut cer  
tam debeat ferre sententiā et se confor  
mare petitis hoc posito in libello sūt duo  
capita unum super nullitate et hoc purū  
secundum super iniquitate et hoc condi  
tionale inquantū laudum appareat aliqd.  
Super primo iudex pronunciauit sim  
pliciter. et si quiescisset in hoc sententia  
foret ualida. sed ultra procedit prosecui  
tur resoluendo illud conditionaliter et ca  
sualiter eo casu quo appareat aliqd. Vn

57

de si apparere non posset alioq. primus ca  
put remaneret. Aut ergo producto lau  
do ex eo apparet euadens nullitas laudi.  
uel euadens statum ostenditur et senten  
tia remaneret ualida quia deficeret condi  
tio resoluens primum caput. et euadere  
ret secundum caput sententie ut defici  
ente conditione. Si laudo ostensio appa  
rent illius formalia nec statim euadentes  
constaret de nullitate aliqd. eo ipso appa  
reeret et ex hoc resolutio primo capite.  
aliqd. apparet res reductur ad secundū  
caput. de eo ergo uidentur iudex in se  
cūdo capite duo agi. Primo pure deeer  
unt inuicta et reductur ad arbitrium boni  
iuris. Secundo in quo et inquantū redigi  
debeat declarandum seruat q. prima facie  
uidetur potuisse sicut in condemnatione  
expensarum. l. terminato. e. de fruc. et  
li. expen. Ad hoc quia inquantum foret  
iniquum non uidetur iudex liquidatum  
fuisse. potest ergo ad aliqd. tempus liq  
uidationem reseruare. ad qd. dicitur Butri  
e. de sen. cum iudex. nec uicatur senten  
tia ex incertitudine quia spem habz cer  
tificandi. l. emilius de sen. ff. de admi  
tu. nec uicatur quia conditionalis q. hec  
extranea conditio est ut ibi puto de iure  
contrarium ut est consultum quis diffini  
tua super certo petito ut hic erat non  
potest reseruati declarando in aliquo pro  
bando uel declarando post sententiā nisi  
in continenti ut. l. generaliter. §. i. e. de  
ture iuran. ad qd. l. paulus de re iudi. Et  
hoc decidit glo. et Bar. in. l. cum iudex  
preall. in. ii. q. equipollent enim ista per  
uos declarandum et inquantum per uos  
deklarabitur si postea liquidetur. Cum  
ergo hic non ueniat incontinenti liquidā  
dum sententia non tenet sicut si te con  
dempno si probaueris hoc intelligitur si  
incontinenti post sententiā est probatū  
ut ibi non obstat quod nō. in. l. iudex. ff.  
de re iudi. quia ibi incertum declaratur a  
ture et ius declarat in sententia. ut. l. i. in  
fi. ff. ad tur. nō. ob. si dicitur t. in ultima pte  
sententie iudex facit duo. Primo pronū  
ciat super iniquitate laudi quia constat si  
bi iniquū. Secundo reseruati declarat cōz  
inquantum quia hoc nō. liquet sibi ex cer

titulū sed nō uicatur primum ut est  
casus ualde ad propositum d' emp. et uē-  
cum causam iun. de. c. cum causam. n. de  
testi. quia ibi petens resolutū contractum  
quia deceptus ultra dimidiam iusti preit  
aut legitimum psecum dari uel suppleri  
non determinauit ad certam quantitatem  
Ideo incerte potest ibi ualere sententia in  
certa hie quantitas certa in debiti et in  
moderationis laudi fuit in libello petita  
et declarata. Item illud incertum quod  
reseruatur non erat principaliter in obli-  
gatione sed in facultate soluendi sufficit  
ergo sententiam cōtinere certum in prin-  
cipali petito et seruanda est declaratio  
ad tempus collationis eius q' est in faculta-  
te soluendi. Hoc autem principaliter sub-  
mittitur petito et iudicis officio. rema-  
nebit ergo sententia nulla nisi euidēs nul-  
litas laudi appareat ex forma laudi. Ita  
uidetur michi Antonio de Butrio.

Li.

Nomine domini nostri Ihesu  
Christi. In factu sancte Marie  
maioris supposita formalitate  
appellationis de qua nō disputo  
quia non uidet eam. Et posito q' capellani  
non sunt intulati non est dubium appli-  
catione pendente potuisse dominū Geor-  
gium reuocari et hoc neuter ex consulenti-  
bus et allegantibus negat reducitur ex  
go dubitatio an capellane ille sonent in  
titulum beneficii ita q' ibi positi dicant  
intulati an simpliciter supēditi dicantur  
absq' titulo. Et q' nō multa hie inde  
allegantur magis proprius tex qui ualeat  
adduci est tex. de offi. uic. c. ad hec. cuj  
glo. sua qu' questionem ad litteram deci-  
dere uidetur pro parte domini Grego-  
rii assignari enim potest allegari possunt  
redditus certi seruient ecclesie qui non  
est intulatus ad ecclesiam id est ad habi-  
tū ecclesie uel prelationis ecclesie et cū  
hec assignatio beneficii et reddituū est p-  
petua a qua ibi assumptus non est absq'  
causa remouibilis non ut habeant titulū  
sed quasi titulū patet ibi in glo. tamen  
expelli non potest ac si eam haberet intu-  
latam erit ergo sensus constitutionis

in. v. uolentes ibi nec haberi pro intitu-  
tis et intulatis ad eandem ecclesiam. s.  
quo ad habitum cure ecclesie quasi residy  
in priore et canonicis sed quasi titulū ha-  
bent ob quem remoueri nō possunt quo  
ad exercitium cure. et ut ita loquar dire-  
ctum titulū habent prior et canonicus  
habent in capellani et quilibet perpetuū  
habere censetur et hoc corroborat. c. pe-  
de cle. non resi. qui tales uocat assisios. v.  
assisios qui ad residentiam tenentur.  
ut ueri intulati pro decisione aduertē-  
dum q' in ecclesiis redditus et beneficia  
terminantur aliquando ad ibi recipēdos  
proprio et principali nomine et talia sic  
determinata distincta uel indistincta be-  
neficia appellantur et habent in se titulū  
annexum et perpetua debet esse et tales  
ad illam assumpti sibi censentur ecclesie  
quos temporales esse non decet. lxx. dt.  
sanctorum. vi. q. i. quamuis. et. c. pasto-  
ralis. quidam assumitur in ecclesia nō prin-  
cipaliter sed alieno loco et sic ut subro-  
gati. et cum impossibile sit eandem eccle-  
siam aut titulū duorum esse sicut nec  
uxor carnalis de preben. cū non ignores  
hoc nō permitit ut nisi ex causa. et tūc  
surrogati habent quasi titulū. i. uiliter  
titulū directū remanentis penes prin-  
cipalem. ideo si causa est perpetua impedi-  
ens prelatum in exercitio uel principaliter  
intulatum surrogatus habet uiliter ti-  
tulū perpetuum. et uocatur tales uicari-  
um perpetui de rescriptis postulat. d' fi-  
nistr. g. perpetuus. de fi. presb. propo-  
si. et. c. constitutus de offi. uic. c. prout  
deas ad hoc. et. c. clericos que omnia intel-  
liguntur in uicariis perpetuis. et hie non  
est casus noster quandoq' in principali tē-  
poraneum impedimentum et legitimum  
et conceditur a iure ut deseruiat per uicari-  
um ex eo li. vi. de appella. peruenit d' re-  
gu. beneficium et in cōstitutione execra-  
bilis cum si que de uicariis loquitur. Ad  
hec possunt reduci omnes casus in pluri-  
bus que enumerat de preben. exstirpan-  
de. s. quia uero. inter quos aliqui sunt p-  
petui aliqui temporales tales autem non  
sunt proprie intulati nec sibi ecclesie d'

fi. nistr. g. perpetuus nō glo. in fi. In  
istis talibus procedit regula q' deseruire  
p' alium regulariter est prohibitu. xvi.  
q. i. generaliter. xxi. q. ii. preceptum tē-  
pa nec tamen cure habent exercitiū sed  
delegatam habent potestatem ut dicit  
glo. in. c. quoniam enormis ne prela-  
tuas. Item et temporales a solis prelatu  
uel rectoribus subsistēte impedimento  
possit ad modicum tempus subsistere.  
ut nō. hostien. et. Io. an. de offi. uic. cle-  
ricos super glo. ubi in fine dicit q' habet  
delegatam ad hoc glo. in. c. d' regu. in  
uicariis locum tenentis. Perpetui autem  
uolunt curam habent ut ordinare pote-  
statis ut glo. in. clem. dudum de sepul-  
turiis in uerbo sacerdotibus. ad hoc quod  
nō. in dicto. s. si uero de preben. super in  
ordinata. Quidam sunt in ecclesiis sti-  
pendiati non ut surrogati loco aliorum.  
nec ut principales sed ut coadiuantes ut  
quādo non sufficienter principaliter cura  
ti uel intulati alii sub eis ponuntur ad ex-  
ercitia cure iudicia. et tales similiter pos-  
sunt esse et temporales et perpetui et cū  
titulo et sine titulo. Nam non est hie iu-  
ri repugnans quem habere stipendium  
in ecclesia et ibi non esse intulatum. p-  
ex notatis de rescriptis postulat. nō. In-  
nocent. de preben. c. eūtam dudum et nō.  
lxx. di. c. sacrorum. Potest enim quis eē  
in ecclesia prebendatus absq' titulo. su-  
mendo prebendam large pro stipendio. a  
tales ad tempus modicum possunt assu-  
mi etiam ab ipis prelatu rectoribus infe-  
rioribus absq' episcopi consensu. Item  
et de episcopi consensu uel licentia cōm-  
tando eis ut delegatis partim exercitiū  
cure uel alias participantes ut nō. d' elec-  
ex eo li. vi. et nō. de pe. uel. ois utriusq'  
sexus super glo. executionem. et nō. de  
offi. archi. officium in uerbo cum omnibus  
in nouella. ad hoc ne prela. ut. suas. c. quo-  
niam prela. ad hoc tex. de offi. ordina-  
c. quoniam. vii. q. i. c. illa et. c. nichil hoc. fir-  
mat. Inno. de offi. uicari. clericos. p. regu.  
residentes posse sibi assumere coadiuto-  
rem in cura. immo debere ubi non suffi-  
cit dūmodo residet ita q' nōn assumat  
ex toto loco sui hoc confirmat. Lapus d'

52  
cauti multipliciter sua alle. vi. ergo proba-  
tum est porcionanos in ecclesiis assumi  
posse ut delegatos in exercitio cure a nō  
intulatos ad hoc cle. i. de regu. in. v. bo  
prioratos cum glo. in uerbo locum te-  
nentium ex quo concludit tales sic assu-  
mi non fore exorbitans a iure et ut non  
ob hoc cogamur. v. oba restringere et iura  
que prohibent assumptione nicariorū pro-  
cedunt et restringi debent ad uolentes  
assumere ex toto loco sui non residendo  
ut ibi. nō. possunt etiam ex hac causa as-  
sumi ut perpetui aut intulati. et tales  
non possunt assumi nisi de consensu episcopi.  
immo exigatur consensus capituli.  
ut nō. v. in. m. c. ad hoc de offi. uic. de  
cle. non resi. c. penult. Ad constitutiones  
ergo respondendo ponderandum primo  
q' in ea proponitur ecclesia specialiter fo-  
re de mensa. unde et ibi liberius potest  
ponere non intulatos qui habent dele-  
gatam ut nō. in. clem. freques de excel. pre-  
la. et nō. scribentes in. clem. de rescriptis.  
Item aduertendum q' isti porciones et  
stipendia assignantur absq' consensu ca-  
pituli quo casu ut perpetui sic creati nō  
possunt ut dixi. ad qd nō. de cōst. c. cū  
accessissent. hec autem curata proponun-  
tur a solo episcopo. Item uult constitu-  
tio non habere pro institutis aut intula-  
tis ad eandem ecclesiam et simpliciter. v.  
ba constitutionis loquuntur. nec dicatur  
q' excluditur institutio et intulatio re-  
spectu comuni tractatus et respectu  
sicut cure et comunis iuris ecclesie quia  
a talibus etiam si forent intulati a iure  
excluduntur. ut nō. de elec. c. i. Item ex  
uicariis precedentibus satis a talibus sunt  
exclusi ubi eos excludit ab aggregatione  
capituli et comunibus tractatibus. et ge-  
neraliter ab omni iure capituli excluderent  
dū uniuersaliter dicit eos in talibus nul-  
lum posse ius uendicare. Superfluerunt  
ergo uerba sequentia. Item hoc declarat  
causa que sumitur. que dicitur declarat  
ampliat et restringit de. ff. admi. tu. ita ut  
nō. in. clem. de elec. et. c. i. de temp. ordi-  
li. vi. Causa autem est ne per hanc usam  
attribuatur alteri potestas conferendi  
beneficia aut instituendi. aut in aliquo

ledatur aut mutetur in episcopo qd se-  
 queretur si isti dicentur intulati eti-  
 am respectu particularium porcionum  
 si enim ut perpetua canonice assumer-  
 tur et postea confirmantur et ut per-  
 petua hac uia in ecclesia darentur intitu-  
 lati aliter qd episcopi collatoe prouisi qd e-  
 uitare uoluit statuens in illis uerbis ibi in  
 qua beneficiorum collatio ad. Ex qui-  
 bus concludo hos non fore perpetuos al-  
 filios nec intulatos ad ecclesiam nec  
 in ecclesia sed remouibiles non ad nutuz  
 priorum et canonicorum sed ad nutum  
 episcopi qd etiam sonat illa uerba licentia  
 si seu expelli que ad factum referuntur  
 et non tibi notant dissolutionem. Ex q-  
 bus rationes in oppositum de facili tolli-  
 tur no enim obtinet qd non fuerint absq-  
 causa remota quia hoc ex honestate fac-  
 tum est et tale in simplici uelle consistens  
 non est prescriptibile quia uolendo iure  
 utitur no de priuile et priuilegia de con-  
 su. c. si. li. vi. et in materia consuetudinis  
 in. l. i. e. que sit longa consue. et per gur-  
 lelmum in l. de quibus ff. de legi. l. c. etia  
 hoc in n. i. t. ecclesie de facto seruatur  
 ut non intulati et curam exerceant  
 dum et hoc ut magis sint ad obedienduz  
 priorum et canonicis et curam melius exer-  
 ceant dum uident se de facili remouedos  
 no obstante qd possent dici beneficia ga-  
 fateor largo modo ut dicantur aliqd spi-  
 ritualitatis habere sed c. in hoc stat. qd  
 ibi temporaliter ad nutum conferantur  
 ut in temporalibus uicariis. 2. qd absq- ti-  
 tulo stipendium assignetur ut no in dic-  
 to. c. postulasti et patet in temporalibus  
 uicariis Item ratio que concludit secun-  
 dariu beneficia non fore a. l. mutum remo-  
 uibilia nec esse possibile est contra glo. in  
 cle. frequens et patet in omnibus uicariis  
 temporalibus qui possunt ad nutum et  
 ut non intulati remoueri. Ratio que  
 concludit absurdum aliquos assidue dser-  
 uire et red. litus percipere et delegatos  
 esse etiam non habet in se ueritatem ga-  
 ser. iure debent assidue propter stipendi-  
 um in quo labores remunerantur et qd fru-  
 ctus percipiunt et deseruiant hoc non re-  
 pugnat illi qd ibi ut no intulati sunt sed

ut conducti tenent nec casualiter est  
 qd per tales uentur residentes in cura  
 immo regularare ut est probatum et s. ga-  
